
BIBLIOTHÈQUE
DE
M. DELASIZE.

L. C. V.

EPISTOLA

AD

VIRVM NOBILISSIMVM

MATTHIAM RÖVERVM,

IVRISCONSVLTVM.

2

VIRGILIVS
COLLATIONE SCRIPTORVM GRAECORVM
ILLVSTRATVS
OPERA ET INDVSTRIA
FVLVII VRSINI.


Editioni ad exemplar Plantini renovatae accesserunt

LVDO. CASP. VALCKENARI

I. Epistola ad MATTHIAM RÖVERVM, ICtum.

II. Iliadis Homeri liber XXII. cum Scholiis Porphyrii & aliorum nunc primum editis.

III. Dissertatio de Praestantissimo Codice Leidensi, & de Scholiis in Homerum ineditis.



LEOVARDIAE,

Ex officina GVLIELMI COVLON, Illustr. Frisiae Ordd. & Acad. Typographi.

MDCCXLVII.

VIRO NATALIBVS ET DOCTRINA NOBILISSIMO

MATTHIAE RÖVERO

S. P. D.

L. C. VALCKENAER.



Enitus inexſpectatum recipis, Matthia Rövere, *Fulvii Vrſini* libellum, quem Tu mihi, & forte meminiſti, dono dederas ἐκ Μοισᾶν, quando veteres ambo Leidenſis contrectabamus Bibliothecae membranas; Tu, auctoritate avunculi Tui, *Aetii Duſſeni*, qui cum collegis rem curabat Academicam, &, ſi quid mea vota potuiſſent, nondum ſeceſſerat ex hominum conſortio; ego, illius beneficio, ſed *Ioannis* maxime *van den Berghi*, ac *Davidis Royeni*, quorum adverſus me voluntatem paraverat *Alb. Schultenſius*. Propterea his hominibus in ampliſſimo loco poſitis ſoleo perlibenter bene dicere, quoties redeo in memoriam illius temporis, quo nullum mihi iucundius effluxiſſe commemini.

† Vr-

Vrsini libellus quum Frisiacis typis esset expressus iussu Iurisconsulti nostratis *Coulonii*, ibi hic a me petere, ut libro, in publicum evulgando, & alia, quae poterant esse usui, & praeterea Praefationem adiungerem, qua dotes opusculi explicate traderentur studiosis literarum adolescentibus: in horum enim commoda *Plantini* editio fuerat ab ipso renovata: ego contra niti; tum varia praetexere, qualia literarum studiosissimo nunquam poterant deficere; deinde eum hortari, ut, quando ipse facturus negabat, alteri hoc etiam oneris inponeret. Atque eo inprimis reluctabar, quia mendis levioribus tollendis ea non fuisset in operis initio praesertim adhibita curatio, quam nos requireremus: aliis enim ea cura fuerat demandata, quam non unam ob rationem gerere recusaveram; tum forte etiam, dum liber coeperat excudi, aliis in rebus occupatissimus. Tandem ad me rediit *Coulonius*; quumque instaret, & per amicitiam rogaret, ut voluntati suae hac una in re morem gererem, pleraque, quae petierat, impetravit. Diu erat, Vir Nobilissime, quum responsum oportuisset ad literas, quas iam ante plures menses ad me dedisti rerum elegantissimarum refertas. Poenitebat, literarium commercium, quod, utrique nostrum utile, per septennium exercueramus, mea unius culpa male fuisse intermissum. Sic tum cogitabam; posse me oblatam a *Coulonio* occasionem occupare, quin ita tandem uti, ut allegarem ad Te novum libellum, suis ornamentis, auro insignem, veluti Musicum aliquod ἀρεςήριον, eoque munusculo praemisso expiarem, quidquid mea ad respondendum tardissimi negligentia culpae fuerat commissum. Consilio cum duobus amicis commu-

municato, quum illi recte facturum me iudicarent; quod his probaretur animo sedebat. Erat itaque opusculo Epistola praefigenda, Tibi inscripta; non qua virtutes Tuas ambitioso tractu denarrarem, ac magnifica aliquot verba & ἐκτατηχυαῖα fastidienti ingererem; sed in qua humane loquerer, & familiariter Tecum de Literis nostris ita confabularer, ut interea tamen meminissem, in aliorum etiam manus perventuram. Verum haec altera cogitatio paene me abduxerat a priori. Nam postquam nonnulli epistolam perlegissent adeo verbosam, qualis ad Te scribenti futura videbatur, id ehimvero suspicabar causaturos, voluisse adolescentem hac opella suo quodam modo aemulari τὸν Κριτικώτατον. Sed mox mecum exputabam, quinam illi essent futuri; Ὁ δεῖν, ὁ δεῖνα, κατ' ὄνομ' ἀνελογιζόμην· cumque oppido pauci viderentur, in proposito confirmatus perrexi. Et, ne Tu ita arbitrareris, Franequeranos semper ieiunis Grammaticorum notationibus excutiendis, aut severioribus distineri veterum Sapientum chartis versandis, placuit ad vestras elegantias tantisper secessionem facere. Quanquam, quando de *Platone* vel *Italico* quopiam Tecum fabulabar, Tu mihi Siculum *Empedoclem* reponebas; & iam olim noveram, quanto opere ex Tui ordinis hominibus, mihi quidem in hac terrarum particula notis, praeter celsi animi Adolescentem *Gerardum Meermannum*, solus veterum Iureconsultorum fragmentis delectareris; quae, & facile credebam, argutis aiebas recentiorum formularum cantoribus esse extorquenda; quippe quibus persaepe contineri sanctissima & aeterni iuris Stoicorum decreta e Delfensis Vestratis opere non interituro didicisses.


BIBLIOTHÈQUE
DE
M. DELASIZE.

L. C. V.

EPISTOLA

AD

VIRVM NOBILISSIMVM

MATTHIAM RÖVERVM,

IVRISCONSVLTVM.

2

VIRGILIVS
COLLATIONE SCRIPTORVM GRAECORVM
ILLVSTRATVS
OPERA ET INDVSTRIA
FVLVII VRSINI.


Editioni ad exemplar Plantini renovatae accesserunt

LVDO. CASP. VALCKENARI

I. Epiſtola ad MATTHIAM RÖVERVM, ICtum.

II. Iliadis Homeri liber XXII. cum Scholiis Porphyrii & aliorum nunc primum editis.

III. Diſſertatio de Praeſtantiſſimo Codice Leidenſi, & de Scholiis in Homerum ineditis.



LEOVARDIAE,

Ex officina GVLIELMI COVLON, Illuſtr. Friſiae Ordd. & Acad. Typographi.

MDCCXLVII.

VIRO NATALIBVS ET DOCTRINA NOBILISSIMO

MATTHIAE RÖVERO

S. P. D.

L. C. VALCKENAER.



Enitus inexspectatum recipis, MATTHIA RÖVERE, *Fulvii Vrsini* libellum, quem Tu mihi, & forte meministi, dono dederas *ἐκ Μουσῶν*, quando veteres ambo Leidensis contrectabamus Bibliothecae membranas; Tu, auctoritate avunculi Tui, *Aetii Dusseni*, qui cum collegis rem curabat Academicam, &, si quid mea vota potuissent, nondum secesserat ex hominum consortio; ego, illius beneficio, sed *Ioannis* maxime *van den Berghi*, ac *Davidis Royeni*, quorum adversus me voluntatem paraverat *Alb. Schultensius*. Propterea his hominibus in amplissimo loco positis soleo perlibenter bene dicere, quoties redeo in memoriam illius temporis, quo nullum mihi iucundius effluxisse commemini.

Vrsini libellus quum Frisiacis typis esset expressus iussu Iurisconsulti nostratis *Coulonii*, ibi hic a me petere, ut libro, in publicum evulgando, & alia, quae poterant esse usui, & praeterea Praefationem adiungerem, qua dotes opusculi explicate traderentur studiosis literarum adolescentibus: in horum enim commoda *Plantini* editio fuerat ab ipso renovata: ego contra niti; tum varia praetexere, qualia literarum studiosissimo nunquam poterant deficere; deinde eum hortari, ut, quando ipse facturus negabat, alteri hoc etiam oneris inponeret. Atque eo inprimis reluctabar, quia mendis levioribus tollendis ea non fuisset in operis initio praesertim adhibita curatio, quam nos requireremus: aliis enim ea cura fuerat demandata, quam non unam ob rationem gerere recusaveram; tum forte etiam, dum liber coeperat excudi, aliis in rebus occupatissimus. Tandem ad me rediit *Coulonius*; quumque instaret, & per amicitiam rogaret, ut voluntati suae hac una in re morem gererem, pleraque, quae petierat, impetravit. Diu erat, Vir Nobilissime, quum responsum oportuisset ad literas, quas iam ante plures menses ad me dedisti rerum elegantissimarum refertas. Poenitebat, literarium commercium, quod, utrique nostrum utile, per septennium exercueramus, mea unius culpa male fuisse intermissum. Sic tum cogitabam; posse me oblatam a *Coulonio* occasionem occupare, quin ita tandem uti, ut allegarem ad Te novum libellum, suis ornamentis, auro insignem, veluti Musicum aliquod ἀρεςήριον, eoque munusculo praemisso expiarem, quidquid mea ad respondendum tardissimi negligentia culpae fuerat commissum. Consilio cum duobus amicis commu-

municato, quum illi recte facturum me iudicarent; quod his probaretur animo sedebat. Erat itaque opusculo Epistola praefigenda, Tibi inscripta; non qua virtutes Tuas ambitioso tractu denarrarem, ac magnifica aliquot verba & ἐκπαπηχυαῖα fastidienti ingererem; sed in qua humane loquerer, & familiariter Tecum de Literis nostris ita confabularer, ut interea tamen meminissem, in aliorum etiam manus perventuram. Verum haec altera cogitatio paene me abduxerat a priori. Nam postquam nonnulli epistolam perlegissent adeo verbosam, qualis ad Te scribenti futura videbatur, id enimvero suspicabar causaturos, voluisse adolescentem hac opella suo quodam modo aemulari τὸν Κριτικώτατον. Sed mox mecum exputabam, quinam illi essent futuri; Ὁ δεῖν᾽, ὁ δεῖνα, κατ᾽ ὄνομ᾽ ἀνελογιζόμην· cumque oppido pauci viderentur, in proposito confirmatus perrexi. Et, ne Tu ita arbitrareris, Franequeranos semper ieiunis Grammaticorum notationibus excutiendis, aut severioribus distineri veterum Sapientum chartis versandis, placuit ad vestras elegantias tantisper secessionem facere. Quanquam, quando de *Platone* vel *Italico* quopiam Tecum fabulabar, Tu mihi Siculum *Empedoclem* reponebas; & iam olim noveram, quanto opere ex Tui ordinis hominibus, mihi quidem in hac terrarum particula notis, praeter celsi animi Adolescentem *Gerardum Meermannum*, solus veterum Iureconsultorum fragmentis delectareris; quae, & facile credebam, argutis aiebas recentiorum formularum cantoribus esse extorquenda; quippe quibus persaepe contineri sanctissima & aeterni iuris Stoicorum decreta e Delfensis Vestratis opere non interituro didicisses.

In ea autem re, hoc quidem tempore, (quo non pauci Linguarum ſtudia, veterumque monumenta habent deſpicatui, qui melioris ſibi ſcientiae perſuaſionem induerunt:) miraberis reperiri, qui paria Tecum ſentiat, etiam Profeſſione Philoſophum, *Samuelem Konigium.* Hunc nuper audiebam ſic publice disputantem, ut Doricas Pythagorae diſcipulorum reliquias, & *Platonis* Dialogos, imo (horridum illum ac triſtem) *Ariſtotelem*, & Stoicorum Tuorum fragmenta illis, qui ad Philoſophiam viam adfectabant, prae recentioribus legenda commendaret, & probabili oratione evinceret ac perſuaderet. Hoc eo mihi videbatur dignum memoratu, quia Tu novarum rerum es cognoſcendarum cupidus, & quo modo cunque ſpectantium ad Literarum Humaniorum incrementa, quae hoc etiam tempore haud fortunatiſſimo in Hollandia veſtra, ſicuti iam ante non diſſimillimis tempeſtatum articulis evenerat, edito, praeter *Heſychium, Diodoro Siculo*, fuere pauxillo ſpatio permagna. Praeterea ea res mihi quidem ſolidum pepererat gaudium, cui perſaepe accidit moleſtum, nobiliora, de quibus cogitare poteram, huius ſeculi ingenia Mathematica, inventis ſuis, utiliſſimis illis & merito admirandis, adeo tamen diſtineri, ut clarae veritati, paene dixerim nimis adſuefacti, horas ſibi indulgeant rariſſimi, quas in veteris Graeciae tenebris illuminandis conſumerent. Neque tantum accidit illud moleſtum, ſed & vehementer admirandum, cogitanti, ceteros omnes in quacunque arte excellentes ingenuam invaſiſſe cupiditatem, qua ſuae diſciplinae Auctores, quanquam a Linguarum ſcientibus converſos, ſua tamen Lingua loquentes audire exoptarent; homines contra ſapien-

pientiſſimos, per Europam ſparſos, quorum numeroſa familia ſemper tamen excipio hac etiam in parte *penitus toto diviſos orbe Britannos*, ſaepenumero non item; ut adeo, dum forte, quod ſolet uſui venire, loca ipſis ſunt requirenda ex *Hippocrate*, vel *Euclidea*, ſive ex *Archimede*, ceteriſve magno numero, quos admirantur, inprimis autem ex aliorum ſcriptis, debeant ſeſe interdum minime omnium creduli tradere tamen ludificandos interpretibus, qui, omnia convertentes, partem tantum intellexerunt, quique, ſi fuerint, ut fuerunt non rari, homines plebeii, mares ſenſus capitalium ingeniorum, quos arripere pro ſua ſapientia non potuerant, exſucca converſione enervarunt. Nam nobis quidem eſt exploratum, Linguae Graecae cognitione prae reliquis Praeſtantiſſimos variarumque rerum peritia exercitatos, iſtius laudis, quae comparari poſſit e verſionibus, haud ſane appetentes, perdifficile ac periculoſum munus caute & prudenter plerumque ſemper declinaviſſe. Quando commodum fuerit ſignificabis, an ea res Tibi eamdem etiam admirationem moverit, & videaturne aliquando mutatum iri. Mihi certe, (noſti, quos audiverim,) ſic ſedet; tum vero felicem fore Literarum conditionem, ſi Philoſophi Praeſtantiores Linguarum, e ſuo fundo enatarum, analogiam nobiſcum pandere aggrederentur; & in illud temporis βάθος, quod ſupra nos eſt, quam altiſſime ab hominibus fieri poterat, ſeſe penetrantes, primas Linguarum origines, quaeque infantiam anteceſſerant, ſi pote, perveſtigarent. Quod ſi illud forte minus potuerim adprobare; hoc tamen mecum conſtitues, ſi decimus quisque eorum, qui

res naturae ſcienter tractant & oculo conſiderant Mathematico, a Grammaticis rebus probe praeparati, Scriptoribus Graecis ac Latinis ſuum inventoris ingenii acumen aliquando admovere dignarentur, permagnam noſtris Literis acceſſionem futuram. Hoc ſi eveniret, (&, niſi mens male praeſagit, eventurum laetus auguror, quando nos hinc receſſerimus, ſaltem poſt aliquot ſeculorum volumina:) tum noſtrae, ſemper unius, ſectae homines Praeſtantiores, ad earum etiam rerum, quae iſtis nunc ſolis placent, amorem commoverentur, & Literati, ſententiis adeo diſſidentes, in unum coaleſcerent veluti ὁμακόϊον· illi autem, qui ſe multorum conſenſione dociles perſuaderi patiuntur, quas introſpicere non poterant antiquitatis tenebras, ac tot Muſarum ſacerdotes, a longinquo tamen religioſius venerarentur.

Sed vide quaeſo, Clariſſime *Rövere*, quo me aeſtus abripiat ominis dulciſſimi, quod, neſcio unde, animo fuerat oblatum. Ubi is aeſtus deferbuerit, reliqua ſimpliciter perſequar, ita ut coeperam. Poëtam circumſpicienti, cuius loca quaedam poſſent tractari, primus occurrebat *Sophocles*, & propter ſuam dignitatem, & quod poteram videri cum ipſo conſueviſſe familiariter. Verum, dum ita me comparabam, ut qui e loculis ſuis Sophoclea carperet, cum *Rövero* communicanda, conſilium illud damnavi. Non unis Literis intellexeram, Virum humanitatis & literarum cultu Ornatiſſimum alibi terrarum in *Sophocle* vulgando eſſe occupatum. Nolebam profecto cuipiam videri captaſſe occaſionem hanc, emendatiunculas depromendi, ne illae alterius labore praeripe-

riperentur, atque ego tum ſcilicet! fraudarer inventionis gloriola. Tu tamen illud in animum non induxiſſes, probe gnarus, me cuiuscunque laborem, nedum viri boni, in Tragico bene collocatum, grata mente excepturum; atque ea etiam ipſius obſervata, e quibus nos duo parem percepiſſe voluptatis fructum, & in quibus conſpiraſſe deprehendero tanta intercapedine locorum disparatos. Habemus etenim hoc, quidquid eſt, certe amabile expertis, veteres nobiliſſimis Graecorum & Romanorum monumentis inpreſſos errores corrigendi, & veritatem quamcunque tandem integrandi exercitium, pro honeſto huius vitae oblectamento, quo ſi quis ſcienter utatur, veluti coticula ad exacuendam &c. Adeo eſt difficile, ab iis cogitatis quibus adſueveris animum avocare: niſi me retraxiſſem tempori, ducentos verſus conſumſiſſem in una ſententia, eaque minime nodoſa. Nunc bona fide polliceor, daturum me tandem aliquot obſervata in Poëtam. Et quem tandem, inquis, nam taedet me praeludii? in *Theocritum*. Arbitrabar, in *Theocrito* quantulacunque etiam non displicitura. Noveram Te, dum a Silva Hagana non longe remotus in praedio ruſticaris, Patriis Annalibus, his potiſſimum proximis annis, (credo ad illorum triſtitiam minuendam) revolvendis fatigatum, per ſpatioſa viridaria obambulare paſtoralia *Theocriti* carmina vere novo geſtantem, & hac in parte imitantem ingenioſum Poëtam, *Petrum Danielem Huetium*, qui quotannis a ſe adoleſcente, ſed iam tum noto *Petaviis*, *Sirmondis*, *Blondellis*, perlegi ſolitum primo vere *Theocritum*, Theologus ſcribere & ad noſtram memoriam propagare non dubitavit. Noveram, huius nati-

vam ἀφέλειαν Tuo iudicio anteponi fictis eorum bombis, qui Te etiam circumstrepunt, quando est secedendum εἰς τὸν πολὺν ὅμιλον. Haec causa mihi satis erat gravis. Accedebat tamen ad illam altera. Quos oportuerat, *Theocritum*, *Hesiodum*, *Homerum*, ut erant tum tempora, curate contulerat *Vrsinus* ad *Virgilium*. Igitur nihil minus videbatur abhorrere ab huius libelli ingenio, quam si unius de tribus istis loca quaedam emendata huic epistolae; aliquot aliarum rerum emblematis pace Tua distinguendae, intertexerem. Nunc si respicias ad illa priora, non quaeres, quare *Homerus* & *Hesiodus Theocrito* locum cedere debuerint. Theocritea autem cum non pauca aut eadem potuerant retractari, quae ab *Vrsino* designata *Virgilius* fuerat imitatus, aut etiam alia; placuit uti libertate, & quaedam ponere, prout fors tulerit. Dum e multis locis *Theocriti* paucissima tantummodo decreveram attingere, haec tamen adhibenda videbatur cautio, ut ne illa contrectarem in *Theocrito* ulcera, persaepe speciosa cute obducta, quae potentem manum requirere viderentur, neque adeo pertentari posse, nisi medicus accesserit ingenii eruditionis & codicum vetustorum opulentissimus, *Philippus Iacobus D'Orvillius*, qui mihi semper benevolus hanc opellam adeo non feret moleste, ut ne id quidem aegre sit laturus, si unam alteramve coniecturam, quam cum Ipso ultimis literis communicaram, hic forte reposuero. Ut itaque inde ordiar, *Vrsinus* ubi *Theocriti* locum profert ex Eidyllio VIII ad *Virgilii* Eclogae III versum 80. Virgiliana non satis ponderavit. In octavo isto Eidyllio sic leguntur versus 57, & seqq.

Δέν

Δένδρεσι μὲν χειμὼν Φοβερὸν κακὸν, ὕδασι δ' αὐχμὸς,
Ὄρνισιν δ' ὕσπλαγξ· ἀγροτέροις δὲ λίνα·
Ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἁπαλᾶς πόθος.

Quantumvis notiſſimos, adponam *Virgilii* verſus ex Ecloga III, 80. & ſeqq. ubi Damoetae ſic canenti,

Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.

Menalcas reſpondet:

Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hoedis.

In Theocriteo verſu vulgatis,

——— κακὸν, ὕδασι δ' αὐχμὸς,

non ignoro qui color poſſit conciliari: legitur in *Valerii Catonis* Diris v. 18.

Deſint & ſilvis frondes & fontibus humor:

ſed praeceſſerat v. 16.

Pallida flaveſcant aeſtu ſitientia prata.

Locum noſtrum imitatus *dulce ſatis humorem* dixit *Virgilius*; iſtam ſententiam ſi ita invertas, ut eadem tamen maneat, enaſcetur *triſte ſatis ſiccitas:* in hunc ſenſum ſic, opinor, ſcripſerat *Theocritus*:

Δένδρεσι μὲν χειμὼν Φοβερόν· κακὸν οὔθασιν αὐχμός·
Ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἁπαλᾶς πόθος.

iſta duobus verſibus bucolicis illigemus:

Arboribus venti, terris ſitis arida triſte
Uberibus; iuveni faſtidia longa puellae.

Niſi verſus fuerat inplendus, veram ſententiam vidiſſet *Eobanus Heſſus*, (a quo *ſitim aridam* mutuatus ſum,) *Danieli Heinſio* minus perſpectam. Quum ſub nomine *Theocriti* vulgaretur in *Stobaei* Florilegio p. 391. v. 44.

Δένδρεσι μὲν χειμὼν Φοβερὸν κακόν· ὕδασι δ' αὐχμός.

veteris quidem ſcripturae veſtigium in Excerptis e

Stobaeo Tit. LXIII. p. 255. non obliteravit *Grotius*, verumtamen haec adiecit:

Triste satis frigus, fluviis labentibus aestas.

Recepta lectio dudum ante displicuerat, quam noveram, hunc etiam locum Florilegio suo *Stobaeum* interseruisse; sed vocem huic versui commodam tum demum invenisse videbar, quum Stobaeanum ὕδασι monstraret, olim lectum:

Δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερόν· κακὸν οὔθασιν αὐχμός.

Homericum οὖθαρ ἀρούρης, quod *Cratinus* & alii expresserunt, *uber agri*, *Virgilio*, Grammatici interpretantur τὸ λιπαρώτατον καὶ καρπιμώτατον τῆς γῆς. monuit aliquoties in *Plin.* Exercit. *Salmasius*, Latinum *uber* natum e vocis οὖθαρ Aeolica pronuntiatione οὖφαρ· praeter cetera, similiter pro θάρσυνος dixerunt φάρσυνος, quod *Hesychio* restituendum est, ubi φάρυμος vulgatur: sed illud praetermitti non debebat, quod, teste *Schol.* ad *Apollon. Rhod.* II, 1252. scripserat *Agroetas*, Historiae Scythicae L. XIII. ἧπαρ παρὰ πολλοῖς, ὥσπερ καὶ οὖθαρ, τὴν εὔκαρπον λέγεσθαι γῆν· Attices agri, haud sane natura fertilissimi, quando nimio solis fervore erant siticulosi, sueverant Attici Pluvium Iovem elicere modesta nec certe verbosa precum formula, quam ignoraremus, nisi placuisset *M. Antonino*, v. §. 7. ὗσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων. & quo pacto quotannis tempestatum praesides Deas placaverint Athenienses, *Philochorus* docet apud *Athen.* XIV. p. 656. A. quotidiana autem experientia, *maturis frugibus imbres* esse *triste* malum; contra *dulce satis humorem*, κακὸν οὔθασιν αὐχμόν. Qui haec verba proxime excipit, versum 58,

Ὄρνισιν δ' ὕσπλαγξ· ἀγροτέροις δὲ λίνα.

non-

nondum mihi potui persuadere *Theocriteum* esse; tametsi legitur cum vicinis apud *Stobaeum*, & videtur designari ab *Eustathio*, ad *Dionysii* Perieg. v. 121. e *Theocrito* rarissimum usum dictionis ὕσπληγξ, *de laqueo* positae, commemorante. Minime autem *Theocrito* adscripserim, quae proxime sequuntur, ita conflata, ut nihil minus conficiant quam versus bucolicos: sunt autem haec:

——— ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ,
Οὐ μόνος ἠράσθην· καὶ τὺ γυναικοφίλας.
Ταῦτα μὲν ὧν δι' ἀμοιβαίων οἱ παῖδες ἄεισαν.
Τὰν πυμάταν δ' ᾠδὰν ὧτως ἐξᾶρχε Μενάλκας.

Quosvis hercle iudices in hac re non desiderem; verum Tu, *Rovere*, qui *Theocrito* sis adsuetus eiusque dulcedini in versibus bucolicis pangendis artificiosae, mecum offenderis duro sono, & ingrato tot spondeorum concursu, in versibus 61, & 62. aliisque, veluti in v. 48.

Χ' ὢ τὰς βῶς βόσκων, χ' αἱ βόες αὐότεραι.

si contuleris huius carminis v. 31 & 32. fontem deteges, quo versus 61 & 62 mutatos derivaverit poëtaster. Sed ne illa quidem, quae antecedunt,

——— ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ,
Οὐ μόνος ἠράσθην· καὶ τὺ γυναικοφίλας.

huic sedi conveniunt, aut a *Theocrito* videntur profecta: hoc iudicium dum forte miraris, noli tamen credere, eum esse me, cui sententia fuisset displicitura, si suo loco legeretur verbis paulo diversis expressa: Potuit certe iuvenis amator exemplo Iovis se tueri, &, si puellam astu aggrederetur, culpae tamen suae hoc argumento, sicuti Terentianus ille, Deum praetexere: ii ita fecisse legitur, *qui templa coeli summa nutu concutit*; *Ego homuncio hoc non se-*

fecerim? In *Sophoclis* Phaedra nutrix forte dixerat Hippolyto,

Ἔρως γὰρ ἄνδρας ἐ μόνες ἐπέρχεται,

quaeque ſequuntur apud *Stobaeum* Tit. LXI. p. 388. v. 23. ſi cenſeas iſta potius *Euripidi* tribuenda, quibus illud firmari poſſit, dabit *Gatakerus*, A. M. P. c. x, p. 507. ſunt in eamdem ſententiam plura. Nunc reſpice quaeſo *Callimachi* Epigr. LVI. cum Phrygis meminiſſet, qui Iovi ſtabat a cyathis, ſubdit,

——— οὐράνιε Ζεῦ,
Καὶ σύ ποτ' ἠράσθης·

ſuſpicor equidem, ex his Callimacheis noſtrum locum efformaſſe hominem minime poëticum; qui vocem γυναικοφίλας in alio legerat epigrammate Dorico, quod ad *Suidam* in v. Ἀκοςήσας vulgavit *Kuſterus*. Quae quidem certe hoc in loco frigent, ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ, Οὐ μόνος ἠράσθην· καὶ τὺ γυναικοφίλας· a vate amatore fuiſſent tornata limatius: nam

——— Ψυχῆς ἐςιν ἔρως ἀκόνη,

uti cecinit *Alpheus Mitylenaeus* in epigrammate, quod, nondum editum, haec ſcribenti obverſatur. In *Plutarchi* Erotico, p. 762. B. pervenuſtum legitur dictum:

——— Ποιητὴν δ' ἄρα,
Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμεσος ᾖ τὸ πρίν.
Amor Poëtam vel facit, vel invenit.

in eadem ῥήσει apud *Plutarchum*, eodem Vol. II. p. 622. C. pro Ποιητὴν mendoſe legebatur Μεσικήν. *R. Bentlejus*, alterius iſtius loci, quem indicabam, tum forte non memor, in Epiſt. ad *Millium* p. 21. pro Μεσικήν, reponebat: Μεσικὸν δ' ἄρα Ἔ. διδάσκει· & locum ita, ut poſui, interpretabatur. Videri poſſet iſta correctio levis, ſed non erat exſpectanda,

da, nisi a Graeci sermonis peritissimo; nam, si non exquisita esset elegantia, haud dignam iudicasset Vir Summus, quam copiose tractaret ad argumentum Pluti *Aristoph.* *Theocritus*, Poëta inprimis ἐρωτικὸς, prioris loci sententiam elegantissimis versibus expressit in primo Hyla:

Οὐχ ἀμῖν τὰ καλὰ πράτοις καλὰ φαίνεται ἦμες,
Οἳ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον ὐκ ἐσορῶμες·

&, ubi Hylam imitatur Theocriti, *M. Anton. Flaminius: Crede mihi non solus amas, &c.* Omnivoli Iovis, quem iste γυναικοφίλαν nuncupabat, furta haud paulo venustius attigit in epigrammate, itidem inedito, *Iulius* (Mſ. Ιλίυ· lego Ἰυλίυ :) *Leonides:*

Ὁ Ζεὺς Αἰθιόπων πάλι τέρπεται εἰλαπίναισιν,
Ἢ χρυσὸς Δανάης εἴρπυσεν εἰς θαλάμυς·
Θαῦμα γὰρ εἰ ————

distichi sententia poterit e *Propertio* suppleri, pudentius de domina sua loquente, II. El. II. v. 55.

Quur haec in terris facies humana moratur?
Iupiter, ignoro pristina furta tua.

Versiculos aliquot excitavi, ut minori cum fastidio legeres sequentia. Praeter versus a me designatos, sunt in hoc carmine VIII plures alii, qui mihi quidem minime videantur *Theocritei*; insunt tamen etiam genuini, & *Virgilio* lecti; quin elegantissimi; atque adeo hinc potissimum rusticae simplicitatis exempla enotavit inprimis idoneus harum rerum iudex, *Franciscus Vavassor*, in puro libello de ludicra dictione. Praeter alios, pro genuinis sine controversia habendos arbitror primos viginti quinque versus huius carminis, & ultimos, cum v. 82, 83, 84, sic mea opinione coniungendos:

Ἀδύ τι τὸ στόμα τοι, καὶ ἐφίμερος, ὦ Δάφνι, φωνά·

Κρέσ-

Κρέσσον μελπομένω τεῦ ἀκουέμεν, ἢ μέλι λείχειν.
Λάσδεο τᾶς σύριγγος· ἐνίκησας γὰρ ἀείδων.
Κᾀκ τήνω Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρᾶτος ἔγεντο,
Καὶ νύμφαν ἄκραβος ἐὼν ἔτι Ναΐδα γᾶμεν.

In reliquo carmine verſus *Theocriti* plurimi videntur deſiderari; ſive defuerint exemplari vetuſto, ſeu legi plerique minus potuerint. Eidyllium etiam nonum apparebit paulo conſideratius attendenti non una ſui parte deficiens, ad ſcenam exornandam neceſſaria. Pariter hic, ut in Eidyllio octavo, duo paſtores & iidem Daphnis & Menalcas ad alterius arbitratum certant cantando. Niſi obſtarent nonnulla, ſuſpicareris, unam *Theocriti* Eclogam ab homine otioſo fuiſſe iam olim in duas diſtractam. Sed hoc certe (*εἴγε βουλομένοις ὑμῖν ἐστι*, ſin minus, calculum reducam,) ſtatuo, plures, quos legimus in octavo carmine verſus alterius induſtriae deberi; qui Theocriteis, ut hiatum codicis ſuppleret, adfinis argumenti nonnullos interſeruerit, nonnullis *Theocriti* huc aliunde translatis plures a ſe non optime tornatos adiecerit. Quis noſtrum dixerit, quot verſus ſpurii in quibuscunque Poëtis veteribus nos ludificentur? Utinam hanc partem pertractandam ſumſiſſet *Bentlejus*, feliciſſimus ille fraudum iſtiusmodi in *Manilio* repertor. *Theocriteis* verſus ſpurios permixtos eo minus admirandum, quod in vetuſto *Theocriti* Codice iſtius generis octoginta quatuor inventos evulgaverit in notis ſuis *Scaliger*. Ineptus eorum pater, videntur enim in eodem cerebello edolati, ſex praefixerat Eidyllio XXVII; quadraginta, Heracliſco; reliqui triginta & octo Eidyllio XXV ſupplendo inſerviebant. Praeter alios verſus duros, certe bucolicorum dulcedinis exper-

pertes; pro ſpuriis & interpolatis in octavo Eidyllio habuerim plerosque elegiacos, inprimis autem pentametros, huic carmini interſertos, penitus ignotos vetuſtis Grammaticis, ubi de metro egere Bucolico: ſed hi dum in verſu Bucolico definiendo minime convenirent inter ſe; videretur autem res, quam leviter attigerat *D. Heinſius*, *Theocritum* tractanti ſcitu utilis, otioſus aliquando explorare coepi, cuius generis verſus in paſtoralibus *Theocriti* carminibus frequenter prae ceteris recurrerent: & re deliberata cenſui, „ verſum dactylicum dici „ debere Bucolicum, ſi, duobis pedibus poſtremis „ reciſis, remaneret tetrameter, qui clauderetur „ dactylo, terminante partem orationis, atque adeo „ Alcmanicus. „ *Diomedis* & *Plotii*, qui dactylum viderunt in quarta ſede requiri, verba proferri neceſſe non eſt. De verſibus agens Bucolicis *Terentianus Maurus*, pro materia eleganter, ut ſolet, ſic cecinit:

Plurimus hoc pollet Siculae telluris alumnus:
Ne Graecum immittam verſum, mutabo Latinum:
Dulce tibi pinus ſubmurmurat / en tibi paſtor,
Proxima fonticulis, & tu quoque / dulcia pangis.
Iugiter hanc legem toto prope carmine ſervat;
Noſter rarus eo paſtor Maro.

Saepe tamen in *Maronis* Eclogis reperias bucolicos ſemet ſubſequentes, veluti in Ecl. II, v. 42. & ſeqq. Eclogae VIII verſum 7 & ſex proximos: verum hoc nihil eſt, ſi ad *Siculum* noſtrum ſpectes, qui viginti ſex in Eidyllio quinto a v. 20 pangere valuerit continuos. Bucolica *Theocriti* ſeptem priora Eidyllia una cum decimo & undecimo verſibus conſtant *nongentis viginti ſeptem:* inter illos 927, bucolicos,

ad

ad legem ſupra a me poſitam tornatos, reperi *undecim ſupra ſeptingentos*; ut adeo in verſibus *ducentis & ſedecim* a carminis bucolici modulo, neque unquam temere, in novem iſtis Eidylliis ſeceſſerit *Theocritus.* Nunc, quaeſo Te, *Virgilium* reſpice: in verſibus *octingentis* & *triginta*; tot enim decem conficiunt Eclogas *Virgilianas*; bucolicos *Theocriteos* invenies duntaxat *ducentos triginta duo*; in quibus nimirum quartus pes, dactylus, partem orationis finiat: ſed praeterea, in illis 830 *Virgilianis*, verſus ſunt 286, in quibus quartus pes, ſpondeus, dictionem finiat: hos ſi forte volueris adnumerare Bucolicis, Bucolicos in Eclogis ſuis poſuerat *Virgilius* 518. verum ſi ſic iudices faciendum, tum de *Theocriteis* 216, non pure bucolicis, *quadraginta* Tibi erunt detrahendi, quos Bucolicorum 711 ſummae adiicias: habebis autem, qui ſic ſentiant, *Servium*, *Probum*, *Atilium Fortunatianum*, & *Marium Victorinum.* His niſi Vos elegantiarum ſpectatores acceſſeritis, mihi priorum potior videbitur habenda ratio. Bucolici verſus Theocritei, nonnulli etiam in editionibus obſcurati, ſi forte requiſiveris, facile poterunt deſignari. Severiores diem mihi in his nugis periiſſe criminabuntur:

Αὐτὰρ ἐγὼν βασεῦμαι ἐμὰν ὁδόν.

Verſus pentametri, quos in Eidyllio legimus octavo, in carmine *Theocriti* Bucolico non poterant ſedem reperire: plerique autem dactylici, qui hos comitantur, aliique in hoc Eid. non pauci, adeo ſunt invenuſti, ut ſaepe mirer, fraudem non fuiſſe ab acutis hominibus detectam. Simplicitas naturae & merum rus mihi quidem in *Theocrito* nunquam displicuere; ſed umbratiles non placent ineptiae. E multis

tis unum indicium attingam, quo ſe prodiderit ſorex. Quae hodiedum noſtratibus, eadem Siculis fuit ruſticis & Italicis conſuetudo, ut animalia ſuis nominibus, potiſſimum a colore ductis, internoſcerent, &, veluti ſui eſſent generis, familiariter alloquerentur: apud *Theocritum* nominantur ἁ Κισσαίθα I, 151. ὁ Κυάνων III, 5. ὁ Λέπαργος IV, 45. ὁ Λευκίτας V, 147. Vide mihi amabilem Laconis ſervuli ſimplicitatem, qui in Eidyll. V, 103. caprae, cum marito paulo petulantius ſubſultanti, arietis alibi paſcentis modeſtiam commendat his verbis:

Οὐκ ἀπὸ τᾶς δρυὸς οὗτος ὁ Κώναρος, ἅ τε Κυναίθα,
Ταυτεὶ βοσκασεῖσθε ποτ' ἀντολὰς, ὡς ὁ Φάλαρος.

ſic legendum puto: per τὸν Φάλαρον *canem* intellexit *Heinſius*, deceptus ab eo, qui in VIII de quo agimus Eidyllio v. 27 poſuerat: ὁ κύων ὁ Φάλαρος ὑλακτεῖ. Si vel aptum eſſet cani nomen, *Theocritus* canis omiſſa mentione ſcripſiſſet: ὁ Φάλαρος ὑλακτεῖ. ut *Virgilius*, Ecl. VIII, 107. *Hylax in limine latrat*. Praeter reliqua canum nomina memoratur *Ovid.* III. Metam. v. 224. *acutae vocis Hylactor*. Noſter vero, ut verſiculum fulciret, praeter morem Poëtae adiecit, ὁ κύων· ſed *Theocriteus* ille Φάλαρος *aries* fuit, non *canis*. Ecce Tibi iterum ſpuriorum verſuum in noſtro carmine architectum, qui mirificam credidit ſe adſequutum ſimplicitatem, quum poſuerat v. 65, & 66.

Ὦ Λάμπουρε κύων, οὕτω βαθὺς ὕπνος ἔχει τύ;
Οὐ χρὴ κοιμᾶσθαι βαθέως σὺν παιδὶ νέμοντα.

Haeccine tanquam Theocritea placuiſſe *Vavaſſori?* Dum alterum verſum edolaret, cogitabat *Homericum* illud ſuum: Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν — Quantam habet elegantiam οὕτω βαθὺς ὕπνος, & mox repeti-

titum κοιμᾶσθαι βαθέως; Legerat apud *Lycophronem* (nam tenebricosa fcripta fummo opere mirabatur id genus hominum, in quibus docte, fcilicet! poffent argutari.) *vulpeculam* dictam λαμπερίδα· Pofuit itaque Ὦ Λάμπερε κύων·

Et tum mirifice fperabat fe effe locutum.

fimiliter in verfu 86. dixit τὰν Μιτύλαν αἶγα. De fingulis verfibus, qui mihi quidem in hoc carmine non videntur genuini, ubi id Tibi haud displiciturum cognovero, proximis literis agam explicatius. Illud interea non illibenter intelliges, praeter verfus, fupra pofitos, alios etiam duos ex hoc carmine, fed ab editis non parum diverfos, in Florilegio fuo pofuiffe *Stobaeum*. Infpice, fi placet, v. 63, & 64. quos hac ratione fcriptos e *Theocriti* Bucolicis profert *Stobaeus*, Tit. LXXVI. p. 453.

Φεῖδευ τῶν ἀρνῶν, Φεῖδευ, λύκε, τῶν ἐρίφων μευ·
Μηδ' ἀδικῇς μ', ὅτι μικρὸς ἐὼν πολλοῖσιν ὁμαρτέω.

Hos leviter mutatos Poëtae Bucolico adfcripferim; *Theocrito*, an alteri, non facile dixerim: nam, quamvis huius faepe meminerim, fi quis aliquando contendere voluerit, ne unicum effe in Eid. VIII. verfum *Theocriti*, & genuinos *Mofcho* potius attribuendos; hunc minime deterreat viri optimi, cuique in hac *Pythagoreorum* clade plurimum debemus, non contemnenda auctoritas: nam & *Mofchi* Europam fub nomine *Theocriti* citat *Stobaeus*, p. 391. v. 37. & ex aliis Eclogis, quas *Heinfius* ceterique viderunt non effe *Theocriteas*, nonnulla protulit, veluti *Theocritea*; quales funt, Ἀΐτης, Ὀαρισῦς, & Κηριοκλέπτης, five XII, XXVII, & XIX. Ex his tribus Eclogis, fi calculos recte pofui, nihil attulit *Euftathius* in fuis ad *Homerum* commentariis; qui

qui e singulis sedecim Eidylliis, prout in editione *Heinsiana* prostant, primis, excitavit *Theocritea*, praeterquam ex *Aïte*; nihil autem, quod meminerim, e reliquis carminibus, quae in nostris editionibus nomen praeferunt *Theocriti*, nisi ex XXII, XXIV, XXVI. & e *Fistula*. Hoc posui, *Rövere* Eruditissime, re quam diligentissime explorata: & tamen fieri facile potest ut quidpiam omiserim, dum versabar in *Eustathio*, de *Bucolico* non magis cogitans, quam de ceteris. Ex Ecloga, de qua egimus, octava, ultimum versum ad Od. A. p. 71. v. 7. attigit *Eustathius*; versum autem 87,

Ἅτις ὑπὲρ κεφαλᾶς αἰεὶ τὸν ἀμολγέα πληροῖ,

non tantum respicit ad Il. O. p. 1022. v. 25. sed paene totum protulit ad Od. I. p. 349. v. 20. ut ostenderet, τὸν ποιμενικὸν γαυλὸν a *Theocrito* dictum fuisse Ἀμολγέα· Verum ne *inpletum* quidem illud *mulctrale* videtur *Theocriti*, qui πέλλας noverat & γαυλὼς I, 26. V, 58. utrobique notaverat *Scholiasta*, *mulctralia* vulgo vocata ἀμολγέας· ad priorem locum nunc perperam vulgatur ἀμολγέας. Qui carmen XXV, minime *Theocriteum*, pepigit, forte conditor carminis, quod sub nomine Megarae *Moscho* solet adscribi, v. 106. ἀμόλγιον *mulctrale* nominat. *Clitarchus* apud *Athenaeum*, ex eruditorum scriptis nuspiam ἀμολγέα memorantem, XI. p. 495. C. observat, *mulctrale*, in Lingua communi ἀμολγέα, a Thessalis dictum fuisse Πελλητῆρα· *Hesychius* invenerat, ut puto, in *Clitarchi* Glossario, Πελλαντῆρα, quod praetulerim: qui proxime apud *Athen.* citatur *Philetas* ἐν ἀτάκτοις (mendose scribitur ἐν Ἀττικοῖς p. 467. F.) minutum quoddam *mulctrale* adnotaverat, quod diceretur Ἄμφωτις, in *Casauboni* Anim. XI.

c. IV. p. 783. v. 38. Neminem autem dederis Grammaticum, qui in *Theocriteis* ſuis invenerit τὸν ἀμολγία, praeter unicum *Euſtathium*; de quo pace Tua pauca interſeram, ab inſtituto non aliena. — Protulit ſcilicet *Euſtathius* nonnulla ſub nomine *Theocriti*, quae cum certe ſint *Theocritea*, in illis carminibus, quae ad nos pervenere, non reperiantur; neque tamen *Euſtathius* deperditum videtur legiſſe carmen *Theocriti*, aut ullius veteris Poëtae, quod nobis nunc perierit. Credo ſaepe aliis eveniſſe, quod mihi olim accidere memini: perluſtrato indice Auctorum, quos *Euſt.* citat, *Hudſoniano*, in primo Vol. Bibl. Gr. *Io. Alb. Fabricii* p. 306. mirabar, ſeculo XII tantum bonarum rerum ſuperfuiſſe: videbam paſſim decantari diffuſam *Euſtathii* lectionem, & *multiplicem doctrinae copiam*, non a laudatoribus duntaxat, ſed & ab iis qui ſcribunt cogitate, nuper valde celebratam ab *Euſtathii* interprete laborioſo, *Alexandro Polito* Florentino: ſed re explorata, collaudare coepi utiliſſimam viri optimi diligentiam; prior autem iſta perſuaſio indies minuebatur; inprimis poſtquam perveniſſem ad cubilia, in quibus pleraque invenerat *Euſtathius*. Tandem credidi, e centenis, quorum teſtimoniis utitur, legiſſe pauciſſimos, & praeter Grammaticorum ſcripta nihil adeo, quod ad nos non pervenerit. Centenos dicebam citatos; & nominantur profecto plurimi praeter illos, quos in indicem retulerat *Hudſonus*; quales ſunt: *Aeſchines*, *Anaxagoras*, *Anicetus*, *Anticlides*, *Ariſtias*, *Artemidorus*, *Artemo Mileſius*, *Automedes Mycenaeus*, ceterique magno numero. Inter centenos iſtos Auctores, Comici citantur, praeter *Ariſtophanem*, tri-

triginta aut etiam plures; certe ſequentes: *Alexis*, *Amphis*, *Anaxandrides*, *Anaxilas*, *Antiphanes*, *Araros*, (Ἀραρὼς, ſic enim ſcribendum pro ἀραρὸς, ad Il. Σ. p. 1209. v. 1. non *Aratus*, quae inconſiderata erat nonneminis coniectura: quatuor verſiculis, quos ibi profert *Euſt.* ex *Athenaeo*, hic index praefigitur apud *Athen.* XI. p. 471. E. Ἀραρὼς ἢ Εὔβυλος ἐν Καμπυλίωνι.) *Ariſtias*, (ad Il. O. p. 1020. v. 37. ſenarius apud *Euſt.* & in Epitome *Athenaei*, II. p. 60. B. minus emendate ſcriptus ſic erat reficiendus:

Μύκαισι δ' ὠρέχθει τὸ λάϊνον πέδον.

Ariſtiam Comicum fuiſſe ante *Fabricium* oſtenderat *Th. Gatakerus*, A. M. P. cap. V. p. 452. D.) *Archippus*, *Cratinus*, *Diocles*, *Diphilus*, *Ephippus*, *Epicharmus*, *Eubulus*, *Eupolis*, *Heraclides* (ad Od. Δ. p. 144. v. 46. ex *Athenaeo*, XII p. 532. E. qui ne ipſe quidem *Heraclidae* legerat comoediam, ῥῆσιν ibi depoſitam repetens, ut arbitror, e *Theopompo* hiſtorico.) *Hermippus*, *Menander*, *Menecrates*, *Mneſimachus*, *Nicoſtratus*, *Pherecrates*, *Philemon*, *Philippides*, *Philyllius*, *Phrynichus*, *Plato*, *Strattis*, *Teleclides*, *Theopompus*, *Xenarchus*. Qui tot Comicos, pleroſque ſatis frequenter, laudat, nullam tamen legerat Comoediam, ſive Tragoediam, quae perierit. Ex hoc ſpecimine poterit de reliquis iudicari. Comicorum iſtorum verba pleraque deſcripſit *Euſtathius* ex *Athenaeo*, qui ſolus praeterea quorumvis Auctorum loca, & alia centena ipſi ſubminiſtravit. Diligens *Herodoti* lector, Geographica hauſit e *Strabone* & e *Stephano Byzantino*, in quo diverſis adpellationibus deſignando pariter ludit, ut in *Archeſtrati* carmine *Athenaeus*.

His adde *Apionis* & *Herodori* in Iliada, aliorumque vetuſtiſſima in utrumque Poëma Scholia; copioſa *Aelii Dionyſii*, *Pauſaniae* & aliorum aliquot Lexica; perpaucorum Technicorum, *Heraclidae Alexandrini*, & *Herodiani* ſcripta; fontes habebis, quibus ſolis longe maximam commentariorum partem derivaverit. Sed Poëtas ſuperſtites plerosque legerat diligentiſſime; & e deperditis quorumdam carminibus, quae repererat apud Grammaticos, fragmenta profert, quae fruſtra quaereremus alibi: ſaepenumero etiam melioribus Poëtarum codicibus uſus, eas indidem depromit lectiones, quibus ingenioſiſſimus non eſſet excogitandis. Ut in orbem redeam, verſum & hemiſtichium e *Theocriti* Berenice, carmine deperdito protulit *Euſt.* ad Il. Π. p. 1088. v. 12. verum haec & reliqua, quae ibi leguntur, ex *Athenaeo* non nominato tranſſcripſerat. Quinque verſus e Berenice *Theocriti* cuſtodivit *Athenaeus* VII, p. 284. A. quos ita emendatos deſcripſere *Scaliger*, *Caſaubonus*, & *Heinſius*, ut tamen eorum primum,

Καί τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπαγροσύνην τε καὶ ὄλβον,

pace Magnorum virorum ſic omnino corrigendum cenſeam:

Κεἴ τις ἀνὴρ αἰτεῖτ' εὐαγροσύναν τε καὶ ὄλβον
Ἐξ ἁλός.

Pervulgata ſunt εὐαγρεῖν & εὐαγρία· εὐαγρίην — ἐξ ἁλὸς dixit *Alpheus Mityl.* Anthol. VI. c. XI. ep. 15. Qui εὐαγροσύναν mecum receperit in verſum *Theocriti*, haud ſane tuebitur αἰτεῖται. Nuspiam alibi memini me legere citatum a Grammatico deperditum carmen *Theocriti*, cuius Eidyllia paſſim adpellatione Βυκολικῶν, nonnulla tamen ſuis etiam nominibus de-
ſi-

ſignantur. *Theocritus* ἐν ταῖς Φαρμακευτρίαις citatur *Euſtathio* Od. Ξ p. 554. v. 18. ἐν Ἀδωνιαζούσαις *Euſt.* & *Schol.* ad *Ariſtoph.* Nub v. 1128. Ecloga VII Theocritearum vocatur Λυκίδας ἢ Θαλύσια, *Etymologo*, p. 273, v. 42. Carmen XVI, inſcriptum Χάριτες ἢ Ἱέρων, iſto nomine laudatur apud *Hermogenem* περὶ ἰδεῶν II, c. IX. p.452. In *Schol. Apollon. Rhod.* I, v. 1236. *Hylas* citatur; & *Hymnus in Caſtores* a *Schol. Ariſtoph.* in Plutum v. 210. Supra dicebam nuspiam etiam apud Grammaticos dictiones occurrere *Theocriti*, quae credi poſſent e carmine quod perierit repetitae. Duae tamen ῥήσεις citantur veluti Theocriteae, quae certe non leguntur in ullo carminum *Theocriti*: earum prima ſic poterat concinnari,

ἀμφιφορεὺς νεοτευχής.

altera ſic proſtat:

Ποιηταὶ δὲ λόγων χλωρῶν.

Evincam neutram ῥῆσιν, non tantum non a *Theocrito*, ſed nec ab ullo Poëta profectam. Verſus eſt *Ariſtophanis* in Acharn. 218,

Νῦν δ' ἐπειδὴ ϛεῤῥὸν ἤδη τοὐμὸν ἀντικνήμιον.

ad iſtum verſum hoc legitur Scholion: Στεῤῥὸν, σκληρόν· ἀντὶ τοῦ γεγηρακὸς καὶ αὖον. ὥσπερ κατὰ ἀντίθεσιν ἐπὶ τῶν ἀκμαζόντων, χλωρόν Θεόκριτος, Ποιηταὶ δὲ λόγων χλωρῶν, ἀντὶ τοῦ ἀκμαίων νέων. Itaque novum, ſi Muſis placet, adipiſcemur *Theocriti* hemiſtichium,

Ποιηταὶ δὲ λόγων χλωρῶν, ———

Amaranto, *Munato*, ceteriſque, qui in *Theocrito* illuſtrando ſe exercuerant, prorſus, ſat ſcio, inauditum: & haec ſine dubio fuerit iſta e *Theocrito*

 χρῆ-

χρῆσις, quam nuspiam ſe legiſſe meminerat *Heinſius*, dum in ultimo Lectionum *Theocr.* capite verſaretur. Sed nec *Scholiaſten* iſta legiſſe patuiſſet *Heinſio*, ſi easdem literas pro ſuo iure paulo aliter collocaſſet, ποιητ αι δελ ο γων χλωρων. Verum apage mihi iſtas inanias, & earum loco depone exquiſitam formulam, qua carmen ſuum XIV claudit *Theocritus*, Dorice ſcriptam:

——— ποιῆν τι δεῖ οἷς γόνυ χλωρόν.

Et alibi *Poëtae* alienum locum occupant; & eſt mihi graviſſimi ſcriptoris locus ad manum, in quo a librariis callidi ſaepe nebulones θύται memorantur, cum ποιηταὶ poni debuiſſent. *Horatii genua virentia* & γόνυ χλωρὸν compararunt *Lambinus* & *Caſaubonus*; neuter vero monuit integram loquendi formulam *Theocriti* feliciſſime fuiſſe ab *Horatio* expreſſam his verbis, eodem ſenſu poſitis, in Epoda XIII. v. 3 & 4.

rapiamus, amice,
Occaſionem de die, dum virent genua.

Scholiaſtae verba facile nunc poterunt ad ſinceram lectionem accommodari; ſcripſerat enim ſine dubio: Θεόκριτος, ποιῆν τι δεῖ οἷς γόνυ χλωρόν· ἀντὶ τῦ ἀκμαῖον καὶ νέον. Dictiones Theocriteas, in ſuo codice forte iam mendoſas (ποιῆν τι δεῖ οἷς) non attigit *Suidas*, in v. Στεῤῥὸν ἀντικνήμιον, ubi reliqua Scholiaſtae verba deſcripſit. *Kuſtero*, *Suidam* & *Ariſtophanem* tractanti, *Theocriti* verſus non fuit ad manum, e quo χλωρὸν γόνυ tribus in locis protulit *Euſtathius* ad *Hom.* Il. Κ. p. 735. v. 13. Il. Φ. p. 1325. v. 13. & Od. Ι. p. 335. v. 37. Iſta correctio, momenti, ſi quis ita velit, perparvi, non tamen videbitur

tur nullius. Nuper alibi locorum edidere *Theocritum* τὴν θείαν γραφὴν *illustrantem:* Poterat forte tandem oriri, qui Ποιητὰς λόγων χλωρῶν interpretaretur *Poëtas carminum iuvenilium*, & ad illud suum figmentum, praeter alia laboriose congesta, *Phavorini Camertis*, cuius grandi Lexico sine magno detrimento careremus, advocaret auctoritatem, χλωρὺς λόγυς e corrupta scholii lectione commemorantis. Sed videamus an alterum illud,

ἀμφιφορεὺς νεοτευχὴς,

simili possit modo profligari: in Etymologico M. p. 93. v. 20. haec leguntur: Ἀμφορεὺς, τὸ ἑκατέρωθεν δίωτον ςαμνίον, ὥς φησι Θεόκριτος, Ἀμφορεὺς νεοτευχής.. hoc certe locum non potuit in versu bucolico reperire, sed si voci Ἀμφορεὺς formam induas veterem & Heroici carminis Poëtis usitatam, nihil prima specie videtur obstare, quominus crederemus cum *Fred. Sylburgio*, *Theocritum* scripsisse,

—— ἀμφιφορεὺς νεοτευχὴς,

sive potius, —— νεοτεύχεα ἀμφιφορῆα.

Verum planissime possum adfirmare, neutrum esse Theocriteum, praeterea veterem Grammaticum, pro ἀμφορεὺς νεοτευχὴς, olim posuisse Ἀμφῶες νεοτευχές. Hoc erat *Theocriti*, pastoralis poculi descriptionem ordientis paene nimis luxuriantem, in Eid. 1, 28. ibi βαθὺ κισσύβιον laudat,

Ἀμφῶες, νεοτευχὲς, ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον.

non temere suum illud capacius κισσύβιον eo etiam commendans, quod fuerit Ἀμφῶες· nam vulgo rusticorum iste scyphus parvulus erat & μόνωτον ποτήριον, uti tradit *Philemon* Gramm. apud *Athen.* XI, p. 467. qualis Κώθων Spartanorum, si vitam spectes

domesticam, rustica simplicitate viventium; de quo cum notaret *Io. Meursius*, illud tamen non animadverterat, in verbis *Polemonis* apud *Athen.* p. 484. c. pro κώθωνα μόνον τὸν ῥαβδωτὸν, legendum esse κώθωνα μόνωτον ῥαβδωτόν· Duabus auribus insigne poculum, vulgo Ἄμφωτον, *Theocritus* dixit Ἀμφῶες. Nunc audi quaeso *Etymologum*, sic scribentem in v. Οὖας p. 639. v. 1. Ὄας — οὖς· καὶ κατὰ Δωριεῖς ὦς. τὸ δὲ, Ἀμφῶες νεοτευχὲς, παρὰ Θεοκρίτῳ γίνεται οὕτως· ceteris non indigemus; cum illa satis ostendant eadem *Theocriti* verba olim fuisse lecta in altera nota, hoc modo restituenda: Ἀμφορεὺς, τὸ ἑκατέρωθεν δίωτον σταμνίον ὅπερ φησὶ Θεόκριτος, Ἀμφῶες νεοτευχές. Rectius dixisset τὸ ἑκατέρωθεν ὦτα ἔχον· sed similiter legitur in *Cyrilli* Lexico, cuius haec est in libro Leidensi nota: Ἀμφορεὺς, τὸ ἑκατέρωθεν δίωτον σταμνίον· ξεστῶν κδ ἢ ἀσκίον. Amphora Romana, ab Attica diversa, cum sextarios ceperit octo & quadraginta, videtur *Cyrillus* cogitasse τὸ ἡμιαμφόριον. Sed dixeram daturum me nonnulla in *Theocritum* observata. Huius elegantissimum & vere bucolicum Eidyllium tertium saepius lectum obsecro Te ut nunc tamen relegas: carmen est amatoris despecti, vehementi cum affectu decantatum a comaste ante antrum Amaryllidis, eius rei gratia, ut, si pote, superbientis dominae fastidia minueret, eamque ad amorem sui flecteret. Nunc vide quaeso, potuerintne a *Theocrito* poni versus 19 & 20.

Νύμφα, πρόσπτυξαί με τὸν αἰπόλον, ὥς τυ φιλάσω·
Ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.

sequitur ilico,

Τὸν

Τὸν ςέφανον τίλαί με κατ' αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς·

Qui legitur in Eid. octavo versus 77, est in Eid IX, 7. & hinc fuit in alterum locum translatus: idem iudico de v. 20. Eid. III.

Ἐςι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἀδέα τέρψις.

is e Carmine XXVII repetitus, & in nostro, mea certe sententia, fuit depositus in locum Theocritei, qui legi non potuerit, Sed nec priora huic sedi congruunt. Stabat comastes ante fores Amaryllidis clausas; videre tantum dominam desiderabat, v. 37.

Ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός· ἆρά γ' ἰδησῶ
Αὐτάν;

Si dixisset nostro in loco: Νύμφα, πρόσπτυξαί με, non utique se αἰπόλον nuncupasset, quasi vero isthac adpellatione formosae se redderet Amaryllidi, caprarii & nomen & foetorem fastidienti, commendabilem: ubi praecesserat πρόσπτυξαί με, sequi non poterat ὡς τὺ φιλάσῳ· mitto reliqua: tandem *despiciendi* notio nostro loco tantum convenit. Hae rationes effecerunt ut credam, & hoc minus dubitanter, intermedia quaedam *Theocriti* deesse; verbum autem vulgatum sic emendari debere,

Νύμφα, προσφθύσδες με τὸν αἰπόλον . . . . .
. . . .
Τὸν ςέφανον τίλαί με κατ' αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς·

me caprarium despicis: supra, v. 7. ἦ ῥά με μισεῖς;

Ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι ἐγγύθεν ἦμεν,
Νύμφα, καὶ προγένειος; ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς.

Illud Προσφθύσδες pro vulgari προσπτύεις poni potuit, more *Theocriti*, qui in Eid. II. v. 62. scripsit:

Καὶ

Καὶ λέγ' ἐπιφθύσδοισα, τὰ Δέλφιος ὀξέα πάσσω.

atque illud etiam adhibuit VII, 127. *Eustathius* ad Od. Λ. p. 22. v. 9. τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ Ἐπιφθύζειν ἀντὶ τοῦ ἐπιπτύειν γοητευτικῶς. Haec loca *Theocriti Virgilio* obversabantur in Ecl. II, 19.

Despectus tibi sum, nec qui sim quaeris Alexi.

Amatorum autem, qui fuerant decepti, carmina continentur *Calpurnii* Ecloga tertia, quarta *Nemesiani*, *Virgilii* secunda, & octavae parte priori, quam v. 16.

Incumbens tereti Damon sic coepit olivae:

Theocritus dixerat Eid. III, 38.

—— ἀσεῦμαι ποτὶ τὰν πίτυν ὧδ' ἀποκλινθείς.

In duabus istis Eclogis *Virgilius*, semper inimitabilis, Theocriteas eiusdem argumenti expressit secundam, tertiam, & undecimam. Quando fortasse loci Theocritei ex Eidyllio tertio nimia videtur ista mutatio, minuta quaedam consectabor in quinto carmine: sic iurat Lacon, v. 14.

Οὐ μὰν, οὐ τὸν Πᾶνα τὸν ἄκτιον, οὐ σέ γε Λάκων
Τὰν βαίταν ἀπέδυσ' ὁ Καλαίθιδος·

sic certe corrigendum censeo pro vulgatis,

Οὔ μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα τὸν ἄκτιον ——

& formulam iurantium usitatam, οὐ μὰ, ab hoc loco alienam arbitror. Theocriteae sunt formulae: οὐ δᾶν, IV, 17. & VII, 39. οὐ νύμφας, IV, 29. οὐ τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκὺν, VI, 22. Recte, inquies, sed qui carmen XXVII, non Theocriteum, elegantissimum tamen, habes in numerato, istius mihi carminis v. 35. excitabis,

Οὐ

Οὔ μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα·

Suſpicor huius verſus memorem quempiam noſtrum iam olim corrupiſſe. Hoc in loco ſcribere quidem potuiſſet Poëta, αὐτὸν τὸν Πᾶνα, ſed Pana, quem peculiari deſignabat *litoralis* ἀκτίω nomine, non ſane dixiſſet in eodem verſu αὐτόν. Praeterea triplex requiri videtur negatio; quod & Tibi apparebit, Comatae & Laconis, ſibi invicem acerbe respondentium, concertationem conſideranti: ex emendatione mea triplici negatione dicta firmaverat Lacon; ὀ toties repetitum adhibet Comatas v. 17 & 19.

Οὐ μὰν, οὐ ταύτας τὰς λιμνάδας, ὤ 'γαθὲ, Νύμφας,
Οὔ τευ τὰν σύριγγα λαθὼν ἔκλεψε Κομάτας.

hoc in loco, pro ὄτ' αὐτὰς, poſui ὀ ταύτας, ne litera quidem mutata; & in hoc carmine multa, quamvis in tertio plura, pendent ab actione. Comatam, dum dicebat,

— ὀ ταύτας τὰς λιμνάδας —

digito monſtraſſe ſuſpicor proximam Nympharum domum, ſive ſacellum, aut certe

— Νυμφέων ποιμενικὰ ξόανα.

quae *Leonidas* memorat Tarentinus in epigrammate: ſed ſacellum, ne me vanum putes coniectorem, *Virgilius* reſpexit, dum tractabat hunc locum Ecl. III, 9.

Novimus & qui te
Et quo (ſed faciles Nymphae riſere) ſacello.

Ad eiusdem Eidyllii quinti verſum 109,

Μή μευ λωβάσησθε τὰς ἀμπέλος· ἐντὶ γὰρ ἆβαι.

haec leguntur in Scholiis: τετραχῶς καὶ τοῦτο γράφεται ἐν τοῖς καθ' ἡμῖν ἀντιγράφοις· quae, niſi fallor, ver-

verba ſunt *Zachariae Callicrgi*, varias Codicum ſuorum lectiones paſſim notis veterum Grammaticorum interſerentis: ea verba haec proxime excipiunt: *οἷον ἄβαι, ἀντὶ τοῦ ἡβῶσαι καὶ ἀκμάζουσαι.* ſed ſola vox *ἄβαι*, ſive quamcunque ſubſtituas diſſyllabam, nunquam poterit iſtam admittere ſignificationem. Videtur Grammaticus in iſto verſu legiſſe:

—— *ἐντὶ παρ' ἄβᾳ.*

ἄμπελοι παρ' ἄβᾳ, dici potuerunt *ἡβῶσαι καὶ ἀκμάζουσαι*, a veteri Grammatico, qui moris meminerat ſcribendi, quo praepoſitiones eleganter adhibere ſolet *Theocritus*, quemque variis in locis attigit *Heinſius*. Idem *Calliergus* voculam e Codicibus ſuis ſubminiſtrat Laconicam certe Doricam, & in quatuor huius Eidyllii locis reponendam: ubi Lacon loquitur v. 32.

Τᾷδ' ὑπὸ τὰν κότινον καὶ τἄλσεα ταῦτα καθίξας.

haec proſtat nota: *τὸ τᾷδε ἐν ἄλλοις ἀντιγράφοις γράφεται Τεῖνδε, ἀντὶ τοῦ ἐνταῦθα, Δωρικῶς.* ubi communis forma *τῇδε* legitur in contextu v. 118. notatur: *γράφεται καὶ Τεῖνδε.* nuspiam alibi putem a *Theocrito* hanc voculam uſurpatam, quam iſtis in locis, & v. 50 & 67, omnino reſtituendam cenſeo. Loquuntur hoc in carmine Lacon & Comatas, greges heriles agitantes in fertilibus campis Thurios inter & Sybarim; in argumento Comatas ſervus fuiſſe dicitur *Εὐμάρα τοῦ Συβαρίτα*, Lacon autem *Θουρίου Συβαρίτα·* in Scholiis legitur *Θουρίου Συβαρίτου·* itaque hero Laconis nomen fuerit *Thurii?* haud opinor: ſcripſerat, certe ſcribere debuerat Grammaticus: *ὁ ποιμὴν Λάκων Συβάρτα τοῦ Θουρίου νέμει τὰ θρέμματα·* Audi Comatam ore *Theocriti* loquentem v. 72.

Ἄδε,

Ἆδε τοι ἁ ποίμνα τῶ Θουρίω ἐςὶ Συβάρτα·
Εὐμάρα δὲ τὰς αἶγας ὄρης, φίλε, τῶ Συβαρίτα.

erant enim hac certe tempestate Thurii a Sybaritis diversi. Servulus autem Lacon, ex agro natali fuerat, ut puto, in haec loca *Lacedaemonium-ve Tarentum* deportatus: id ut credam, nomen facit servile *Lacon*, a parentibus homini non magis inditum, quam illud *Iapygis*, puero, in versu *Antiphanis* memorato apud *Athen.* x, p. 423. E.

Ὁ δεῖν' Ἰάπυξ, κέρασον εὐζωρέςερον.

De istiusmodi nominibus Te non praetereunt, quae notarunt *Henr. Stephanus* in Append. de Dial. Att. p. 205. & *Tib. Hemsterhusius* ad *Luciani* Timon. p. 132, 133. & ad argumentum Pluti *Aristoph.* Haec quo spectent iam praecepisti: & alibi saepenumero Laconem more suae gentis loquentem facit *Theocritus*, & hanc etiam voculam censeo fuisse Laconicam, unica litera auctiorem, quam forma fuit vetus, antequam litera Ionica reciperetur in usum, omnibus communis, τεῖδε. veteris scribendi consuetudinis vestigia remanserunt in istiusmodi voculis Doricis nonnullis; quales sunt τηνεὶ, ταυτεὶ, πεῖ. quae ad normam recentiorem scribi debuerant τήνῃ, ταύτῃ, πῇ. Vererer equidem, ne haec talia levia diceres, neque satis digna quae Tecum communicarentur, nisi nossem quanto opere iis omnibus delecteris, quae faciunt ad veterum monumentorum intellectum. Igitur, Te non nolente, pergam in instituto, quanquam ista dissertationi potius quam epistolae conveniant. Nisi praeferas τεῖνδε, certe τεῖδε apud *Hesychium*, ubi vulgatur Τῆδε, ἐνθάδε. reponi debere monstrat literarum series, non

raro

raro ſincerae lectionis, frequenter etiam errorum *Heſychii* fidelis index. In eodem libro legitur adnotatio memoratu digniſſima: Τί δαὶ, τί γὰρ ἄλλο, ἢ τί γάρ, Κρῆτες, Βοιωτοὶ δὲ ἐνθάδε· Ἀττικοὶ, διατὶ δή. Tibi, qui minimum vicies apud *Ariſtophanem* legeris τί δαὶ; quod ſcribit de Atticis non poterat novum videri; ut interea tamen centenis permirum fuerit viſum, quod ait, Boeotos τί δαὶ poſuiſſe pro ἐνθάδε. ſi cupis Boeotum audire ſua loquentem dialecto, prodeat ex *Ariſtophanis* Acharn. v. 912.

—— τί δαὶ κακὸν παθὼν
Ὀρναπετίοισι πόλεμον ἦρω καὶ μάχαν;

Viden', adeo ſermone & ingenio diſſonos a vicinis Atticis hac tamen in formula non diſcrepaſſe. Quid itaque nobis narrat *Heſychius?* Credo, antiquum obtinet, diverſiſſima, ſed eodem ferme ſono pronuntiata, τί δαὶ, & τεῖδε, male permiſcendo. Posſent autem a ceteris ſeiungi, Τεῖδε, ἐνθάδε· Κρῆτες καὶ Βοιωτοί. quanquam & illi Τυΐδε dixerint. *Heſychius:* Τυῒ, ὧδε· Κρῆτες. &, Τυΐδε, ἐνταῦθα· Αἰολεῖς. ita enim *Fulv. Vrſinus* & *Iſ. Voſſius* recte ſcripſerunt pro Τύδαι· proderit illud huic gloſſae reficiendae, quae legitur infra: Χίδαι, ἀντὶ τοῦ Κρῆτες· ego quidem libenter correxerim *Heſychii* peccatum, reponendo Τεῖδε, ſive Τυΐδε, ἀντὶ τοῦ ὧδε· Κρῆτες· iſta duo tantum diſtant, quantum vulgata τῇδε & τῷδε· hoc enim, ante uſum literae ω, ΤΟΙΔΕ, & Aeolice, υ pro ο poſito, Τυΐδε pronuntiabatur. In *Heſychium* noſti nihil dicere me inclementius, cuius errores gravisſimi ipſi *Bentlejo* plurimum boni pepererint. Huius generis nonnulla commemorandi deinceps recurret occaſio: nunc malo Theocritea quaedam perſequi: ſed

ſed iſta via, qua coepi, ſi pergerem per ſingula *Theocriti* carmina, liber excreſceret: nunc igitur carptim quaedam loca attrectabo, & quidem ὕϛερον πρότερον. Qui ſuperbiam ponere recuſaverat, alteri nunquam non duris moribus inſultans, quo modo animum vultu prodiderit, his verbis exprimitur in Carminis XXIII, v. 13, 14.

Τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόσωπον ἀμείβετο· φεῦγε δ' ἀπὸ χρὼς
Ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος.

quid ſententia poſtulet non eſt ad intelligendum difficile: *Ovidius*, ubi Theocritea videtur perſequutus veſtigia, ſic cecinit XIV Metam. v. 714.

Spernit & irridet; factisque immitibus addit
Verba ſuperba ferox.

Sed negari non poteſt, latere Poëtae ſententiam in verbis perverſe ſcriptis:

Ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος.

Is, quem Tu facile coniectando adſequeris, hunc mihi locum aliquando commendavit, in quo vires periclitarer: Huius monitu animoſum primo tentamine partem veritatis credo me detexiſſe: corrigebam autem:

—— φεῦγε δ' ἀποπρὸ
Ὑβρίκτας, ὀργὰν περιειμένος.

Ille Noſter, rogatus a me, quid de hac coniectura ſentiret, correctionem ſibi placere humaniſſimis verbis reſcripſit, ita tamen, ut vulgatis ἀπὸ χρὼς eam maluerit accommodari, ſcribendo: Ὑβρίκτᾳ, ὀργὰν περιειμένῳ, ipſum illum *vocalium concurſum virtutis aliquid habere* veriſſime iudicans. Nunc Tu haud cenſebis dubitandum, quin egregium locum facili

††† me-

medicina refecerimus, atque adeo quin fcripferit *Theocritus:*

> Τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόσωπον ἀμείβετο· Φεῦγε δ' ἀπὸ χρὼς
> Ὑβρίκτᾳ, ὀργὰν περιειμένῳ.

Illud ὀργὰν περιειμένος ex Homerico ἀναιδείην ἐπιειμένε fimilibusve graviter expreffum. Qui vulgo ὑβριστὴς, Dorice dicebatur Ὑβρίκτας· huiusmodi a Doricis formis in ἱάσω & ἀσσω, vel ἱσδω & ἀσδω, derivata leguntur apud *Theocritum* Μελίκτας, IV, 30. Συρίκτας, VII, 28. & , pro βουκολιαστὰς reponendum, Βωκολιάκτας in Eid. V, 68. his accedant duo fignificationis adfinis Φορμίκτας, & Μουσίκτας· quorum illud in *Pindari* Pyth. IV, 313. & in *Bianoris* epigr. Anthol. I, c. XL. 6. Μουσίκτας apud *Hefychium.* Huius Lexicon plurima fubminiftrat fimilia, eo diligentius adnotanda, quod eorum ratio viris Doctiffimis faepenumero non fatis fuerit perfpecta. *Ovidii* verfus fupra pofitos excipiunt fequentia:

> *Non tulit inpatiens longi tormenta doloris*
> *Iphis; & ante fores haec verba noviffima dixit:*
> *Vincis, Anaxarete.*

Paene convertit Theocritea in hoc carmine XXIII, 16.

> Λοίσθιον οὐκ ἤνεικε τὰ σύμφορα τᾶς Κυθερείας,
> Ἀλλ' ἐνθὼν ἔκλαιε ποτὶ στυγνοῖσι μελάθροις.

Verum negabis Poëtam fcripfiffe τὰ σύμφορα τᾶς Κυθερείας· Quid fi corrigeremus

> Λοίσθιον οὐκ ἤνεικε τὰ πυρφόρα τᾶς Κυθερείας.

τὰ πυρφόρα, nempe βέλη, *tela* funt Veneris *ignifera,* quae fupra v. 5. dixerat πικρὰ βέλη· Cyclops, Eid. XI, 15.

> ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος
> Κύπριος ἐκ μεγάλας, τό οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον,

no-

noſtro hac in parte non fuit diſſimilis, niſi quod ille cantillando fallere valuerit amorem Galateae, cum hic contra non tulerit *longi tormenta doloris*. Cupidinis arma, quae πυρὶ πάντα βέβαπται, Veneri ſaepe tribui pernoſti. Venuſtum hanc in rem epigramma 193, L. VII Antholog. tanquam ineditum deſcripſerat *Scaliger* e Codice Mſ. Cupidinis πυρφόρος ἰοδόκη *Alcaeo* celebratur Epigrammatographo, Anthol. IV, c. XII. ep. 45, & quamvis fortiſſimus captus fuiſſe dicitur Achilles πυρφόρων —— ἴυγγι τόξων, *Lycophroni*, v. 309, 310. Nec tamen iſtam coniecturam temere tanquam veram venditaverim. Lubet aliam eiusdem generis ſubtexere, ut Te ſaltem excitem ad veritatem inveſtigandam. Quoniam cum hoc carmine habet aliquam adfinitatem Hylas *Theocriti*, huius Eidyllii XIII tentemus verſum 64, ita vulgatum:

Ἡρακλέης τοιοῦτος ἐν ἀτρίπτοισιν ἀκάνθαις
Παῖδα ποθῶν δεδόνατο·

Non ignoro, *Valerium Flaccum*, cuius aliquot loca, in ultimis quas ad me dediſti literis, commode ſanaſti, de Hercule ob Hylam aeſtuante ſic cecinisſe, ut videri poſſet non ab *Apollonio* tantum, ſed & a *Theocrito* nonnulla mutuatus III, 581.

volucri ceu pectora tactus aſilo
Emicuit Calabris taurus per confraga ſeptis,
Obvia quaeque ruens: tali ſe concitat ardens
In iuga ſenta iuga.

forte quis *iuga ſenta* cenſeat comparari poſſe cum iſtis ἀτρίπτοισιν ἀκάνθαις, quae mihi quidem non placent. Novi, qui coniecerit aliquando, legendum, ἐν ἀτρίπτοισιν ἀταρποῖς· hoc ſi genuinum videtur, cui

 de-

debeatur, indicabo. Interea ponam, quid mihi inciderit: ſed ante efficiam, ut commentum veroſimile appareat. Myſiam elegerant Heroës Argoae navi ſtationem; ſubierat illa *τὸν Κιανὸν κόλπον*, *Scylaci* memoratum p. 35. Oppidi vicini cives & fluvii cognominis accolae dicebantur *Κιανοί*. Iam reſpice *Theocritei* carminis v. 30. & *Apollon. Rhod.* 1, 1177. quo loco de Cio agentes uſi ſunt *Caſaubon.* ad *Strabon.* XII, p. 845. & *Salmaſ.* in *Plin.* Exercit. p. 877. Dum in Cianorum terris ſe recrearent Argonautae, Thiodamanteus Hylas, Herculis miniſter, domino periit. Unius *Dionyſii* verba ſubiiciam e Perieg. v. 805.

——— οὔρεα Μυσίδος αἴης
Ἠχί περ ἱμερόεντα Κίος προΐησι ῥέεθρα,
Τοῦ ποτ' ἐπὶ προχοῇσιν Ὕλαν ἡρπάξατο Νύμφη,
Ὀτρηρὸν θεράποντα πελωρίου Ἡρακλῆος.

Hylam cum irrito labore quaeſiviſſet in *Cianorum* terris Hercules, interpoſita iurisiurandi religione polliciti ſunt *Ciani* (*Apollon. Rhod.* 1, 1352) ab Hyla perveſtigando nunquam ceſſaturos ſe; atque illud etiam feſtis diebus eam in rem inſtitutis, quod e *Strabone* XII, p. 845. B. & e *Suida*, in *Ὕλαν κραυγάζειν*, licet aeſtimare, diutiſſime obſervarunt: *Apollonius Rhod.* 1, 1354.

Τοὔνεκεν εἰσέτι νῦν περ Ὕλαν ἐρέουσι Κιανοί.

Iſtum verſum turpis menda occupavit apud *Etymologum* p. 512. v. 40. *Κίος —— τὸ ἐθνικὸν Κιανός·*

Τοὔνεκεν εἰσέτι νῦν Παρύλαν ἐρέουσι Κιανοί.

idcirco protinus eluenda, ne quis *Parylam* comminiſcatur. Nunc forte dices recte coniectaſſe me, & *Theo-*

Theocritum pro ΑΚΑΝΘΑΙΣ ſcripſiſſe ΚΙΑΝΟΙΣ. hoc ubi dederis, facile conficiam legendum:

Ἡρακλέης τοιῦτος ἐν ἀτρύτοισι Κιανοῖς
Παῖδα ποθῶν δεδόνατο.

In Carmine *Theocriti* xv mirabilis eſt ἀφέλεια, & imago muliebris ingenii ad vivum expreſſa. Quum de more mulierum Praxinoae τὸ καταπτυχὲς ἐμπερόναμα laudaviſſet Gorgo, roganti quantum inpenderit, antequam veſtem potuerit detexere, reſpondet illa v. 36.

Μὴ μνάσῃς Γοργοῖ· πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν
Ἢ δύο· τοῖς δ' ἔργοις καὶ τὰν ψυχὰν ποτέθηκα.

verbum vulgatum προτέθηκα litera liberavi ſuperflua: Ἀλλὰ, inquit Gorgo, Ἀλλὰ κατὰ γνώμαν ἀπέβα τοι. Tum dixiſſe fertur Praxinoë, Ναί· καλὸν εἶπας. quod cum frigidum ſit, ingenio certe *Theocriti* minime dignum, una tantum litera mutata, quam ſenſus flagitat, ſuam reddamus Praxinoae voculam Doricam, legendo:

Γ. Ἀλλὰ κατὰ γνώμαν ἀπέβα τοι Π. Ναί· καλὸν ἔμπας.

imo vero; inquit, fateor, *eſt prorſus elegans*; atque ita, cum veſtem iterum contrectaſſet, amicae, neque hercle invita, tandem adſentitur: uſitatior etiam voculae ſignificatus, *tamen*, *nihilominus*, hic poſſet locum reperire: ἔμπα, ἔμπας, vel ἔμπης hoc ſenſu tum ab aliis, ſed frequenter adhibetur a *Pindaro* & *Apollonio Rhodio*, in huius Argonauticis minimum vicies recurrens: uſitatiſſimum ἀλλ' ὅμως, dicitur ἀλλ' ἔμπης & ἀλλ' ἔμπας *Heſiodo*, *Callimacho*, *Apollonio*, ſed & *Epicharmo*, & *Theocrito* x, 29. xxii, 17. priori ſenſu ponitur ἔμπης ſaepe apud *Homerum*, & in *Aeſchyli* Eumen. v. 229. vbi μέγας

ἔμπας, ficuti *Theocritus* dixit καλὸν ἔμπας. Deinceps laudat Praxinoë Ptolemaeum, quod praedonibus liberaverit Aegyptum, qui vias reddiderant latrociniis infestas: ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες isti dicuntur fuisse, v. 50.

Ἀλλάλοις ὁμαλοὶ, κακὰ παίγνια, πάντες ἐρειοί.

iungi debuerant ὁμαλοὶ κακὰ παίγνια, & postremum illud ἐρειοὶ fine controverfia mendofum eft: quamvis variis modis vocem viri Summi tentaverint, veritas adhucdum latet. Sufpicabar *Theocritum* fcripfiffe:

Ἀλλάλοις ὁμαλοὶ κακὰ παίγνια, πάντες ἔλειοι.

ut defignarentur *degentes in paludofis Aegypti locis*, quique abfque Ptolemaeo non potuiffent e fecretis latibulis eliminari. Οἱ περὶ τὰ ἕλεα οἰκέοντες *Herodoto* II, c. 94. ἕλειοι funt *Thucydidae* I, c. 110. plura ad illuftrandum paludofum Delta protulerunt Praeclari duumviri *Hemfterhufius* ad Plutum *Arift.* p. 54, 55, 56. & *Weffelingius* ad *Hieroclis* Synecdemum p. 726 qui *Thucydidae* locum indicavit. In iftis ἕλεσι καὶ λίμναις tuta fuerunt ab ultima antiquitate latronibus Aegyptiacis receptacula. Veteres fequutus illa curatiffime defcripfit *Heliodorus* primo Aethiop. p. 10. ἐν τούτοις, inquit, (τοῖς ἕλεσι) ὅσον Αἰγυπτίων λῃστρικὸν πολιτεύεται. & cur in illis degerent, exponit p. 11. ἱκανὴ δὲ (ita legendum) Φρούριον ἰσχυρὸν εἶναι λῃσταῖς. διὸ καὶ συῤῥεῖ ἐπ' αὐτὴν ὁ τοιοῦτος βίος, τῷ μὲν ὕδατι πάντες ἅτε τείχει χρώμενοι, τὸν δὲ πολὺν κατὰ τὸ ἕλος κάλαμον ἀντὶ χαρακώματος προβεβλημένοι verba paenultima revocant mihi in memoriam *Alexidis Samii* locum apud *Athen.* XIII, p. 572. F. Ἄλεξις ὁ Σάμιος — τὴν ἐν Σάμῳ Ἀφροδίτην, ἥν οἱ μὲν ἐν

ἐν καλάμοις καλᾶσιν, οἱ δὲ ἐν Ἐλειατικαῖς φησὶν ἑταῖραι ἱδρύσαντο. ubi pro *ἐν Ἐλειατικαῖς* non dubitabis mecum corrigere. *ἐν ἕλει, Ἀττικαὶ, φησὶν, ἑταῖραι ἱδρύσαντο.* Periclis in expeditione comites in Samo Veneri ſtatuam dedicaverant, quae a loco, in quo fuerat collocata, dicebatur *Ἀφροδίτη ἐν καλάμοις*, ſive *Ἀφροδίτη ἐν ἕλει.* — Ptolemaei laudes in Carmine XVII ita celebrat *Theocritus*, ut a Veterum Graecorum inſtitutis & amabili ſimplicitate receſſerit quam longiſſime. Erat quidem Philadelphus ille, ut vere cecinit noſter XIV, 61. *Εὐγνώμων, φιλόμουσος,* — neque tamen dignus, qui Principibus viris pernicioſa adulatione corrumperetur. Inter adulatores, qui Alexandrum, divinos honores ſtulte concupiſcentem, ab Ariſtotelis monitis quam longiſſime abduxerant, memoratur *Cleon* Siculus, *non ingenii ſolum* (verba ſunt *Curtii* VIII, v, 8.) ſed *etiam nationis vitio adulator.* Videturne de Siculorum ſuorum moribus aliquid traxiſſe *Theocritus*, quum in Carmine XVII Philadelphi parentes, Ptolemaeum Lagiden & Berenicen, in Deorum numerum relatos multis verſibus cecinerit? Lagidae coelum aperuit ea parte, ubi ſedes erant Alexandro, & utriusque progenitori Herculi: Herculem eo vehementer laetatum ſcribit *Theocritus* v. 24.

Ὅττι σφέων Κρονίδας μελέων ἐξείλετο γῆρας,
Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται ἑοὶ νέποδες γεγαῶτες.

ad hanc normam locum integrandum arbitror: *θεῶν νέποδες* legit Ill. *Scaliger* Animadv. in *Euſeb.* p. 65. aliter *Caſaub.* Lect. Theocr. c. XVIII. & *Palmerius*: *Heinſio* L. Theocr. p. 351. *ἑοὶ νέποδες* reponenti ſuffragatur *Bentlejus* in *Callim.* p. 459. In altero verſiculo reliquerant:

—— μελέων ἐξείλετο γῆρας.

Qui in Miſcell. Obſ. Vol. 1. p. 126. hunc verſum ſollicitarunt, minime audiendos cenſuerim: quoniam tamen vix videtur Graece dici poſſe, γῆρας μελέων ἐξελέσθαι, litera mutata, reponi poterit:

"Οττι σφέων Κρονίδας μελέων ἐξείλετο κῆρας.

Iupiter in coelum recipiendos luſtravit; humanae naturae *ſordes*, & quidquid erat mortale, *ſuſtulit e membris* & expurgavit. Hercules dicitur --- γυῖα θεωθεὶς *Callimacho*, h. in Dian. v. 159. ubi, dum multa notabat *Spanhemius*, noſtrum locum non omiſit. Quando quis dicitur ἐκθεωθῆναι ita ſaepenumero loquitur *Ovidius*, ut proxime accedat loquendi rationem Theocriteam: Metam. IV, 538. *abſtulit illis Quod mortale fuit*. XIV, 600. *Hunc iubet Aeneae quaecunque obnoxia morti Abluere* -- &c. —— In Carmine XXII ſponſas ſuam & fratris vi abducentes Dioſcuros primum blanda nititur oratione ab incoepto retrahere Lynceus, eamque orationem ſuam his verbis claudit v. 165.

Ἀλλὰ φίλοι τοῦτον μὲν ἐάσατε πρὸς τέλος ἐλθεῖν
Νῶϊ γάμον, σφῷν δ' ἄλλον ἐπιφραζώμεθ', ἄνακτες.

ſic libenter legerim pro vulgatis: ἐπιφραζώμεθα πάντες· ſi quis hoc tueri voluerit, fatebitur tamen, aptius, & ad id, quod cupiebat efficere Lynceus, accommodatius eſſe ἄνακτες. Heroës Homerici infra *Theocrito* ſunt ἄνακτες v. 214.

Τμῖν κῦδος ἄνακτες ἐμήσατο Χῖος ἀοιδός.

Caſtores autem eximie *Anaces* & Ἄνακτες. Litera ν ſimiliter in π male fuit commutata in huius hymni v. 212. ubi pro οὐκ ἐπ' ἐλαφρῷ, legi debet:

Οὕτω Τυνδαρίδαις πολεμιζέμεν οὐκ ἐν ἐλαφρῷ.

non

non in facili. Euripides in Theseo ap. *Athen.* x, p. 454. c.

— τὸ πέμπτον δ' ὀυκ ἐν εὐμαρεῖ Φράσαι.

arbiter elegantiarum *Theocriti* peritissimus, *D. Heinsius* Lect. Theocr. c. xxv. recte reposuerat in Eid. xxiii, 2. — ἐΦάβω

Τὰν μορΦὰν ἀγαθῶ, τὸν δὲ τρόπον ὀυκ ἐν ὁμοίῳ.

haud ignarus in carm. xxii, 61. ὀυκ ἐν ἑτοίμῳ reperiri, animum non adverterat ad versum 212. Est & alius locus Bucolici, in quo dubito an ea formula sit reponenda. Quod proxime praecedit Carmen xxi multis sane mendis est obsitum: videamus possitne una alterave tolli. Piscatorum, qui vitam aerumnosam tolerabant, cum enumerasset supellectilem, haec sequuntur in editis v. 15.

Οὐδεὶς δ' ὀυ χύτραν εἶχ', ὀυ κύνα· πάντα περισσὰ
Πάντ' ἐδόκει τήνας ἄγρας· πενία σΦιν ἑταίρα.

Scaliger, etsi meo iudicio veram scripturam non videtur adsequutus, dubitanter corrigendo:

Πάντ' ἐδόκει τήνοις. Ἄγρα πενιάσΦι ἑταίρα.

mihi tamen ad veritatis pervestigationem Viri Magni tentamen profuit: nam vix poteris ab ea me persuasione abducere, qua versiculum sic restitui posse credidi, si legeretur:

——— πάντα περισσὰ
Τἄλλ' ἐδόκει τήνοις· ἄγραν πενίας Φὰν ἑταίραν.

omnia reliqua videbantur istis supervacua: piscaturam paupertatis comitem esse dicebant vel *reputabant:* utroque enim modo illud Φὰν *Homero* & *Apollonio* usurpatur. Plura sunt quibus dictum posset illustrari, quae melius erit omisisse. In eiusdem

dem carminis v. 10. mihi quidem displicuerunt τὰ Φυκιόεντά τε λῆδα· sive λῆδα. arbitrabar *Theocritum* posuisse, τὰ Φυκιόεντ' ἀγρηνὰ, & hoc in loco quaerendam sedem Glossae *Hesychii*, Ἀγρηνὰ, δίκτυα interpretantis. Hoc si minus probes, id tamen certum est, dictiones Theocriteas reperiri plurimas apud *Hesychium*, quas alibi frustra quaeras, nonnullas etiam aliter ac in editionibus scriptas. Legitur apud *Hesychium*: Μαλλοπάραυος, λευκοπάρειος· scripserat Μαλλοπάρῃος, e *Theocr.* XXVI, v. 1. ubi nostris in Edd. μαλοπάρῃος· prouti etiam *Eustathius* repererat, qui ad Il. H. p. 570. v. 4. παρὰ Θεοκρίτῳ, inquit, Μαλοπάρῃος, ἡ ἁπαλοπάρῃος. — Alibi posuerat *Hesychius*: Κυρίττιλος, κορύπτης, πλήκτης. non aliter scripsisse puto *Theocritum* v, 147. ubi vulgatur κορυπτίλος· sed altera forma est Dorica; Eid. III, 5. pro κορύψῃ in scriptis *Gellii* Codd. etiam in Franequerano recte legitur κορύξῃ· nec non in Codd. quibusdam *Theocriti*, ut monitum fuit in Vanno Critica p. 457. — Supra *Hesychius*: Ἀναίλιπος, ἀνυπόδητος. illud etiam vulgatae in Eid. IV, 56. ἀνάλιπος praetulerim: ubi enim ceteri η, Dores nonnunquam αι pronuntiabant: reperiuntur autem ἀνήλιπος, νήλιπος, & νηλίπους. *Hesychius*: Νηδύπους, ἀνυπόδετος. corrigendum Νηλίπους, e *Sophoclis* Oed. Col. v. 340. usitatior forma νήλιπος nec ab *Hesychio* praetermissa legitur apud *Apollon. Rhod.* III, 646. Hodie neminem latet, quorumvis Poëtarum Veterum loca plurima ex *Hesychio* feliciter expoliri posse; quamvis paucae correctiones prodierint, qualis nobiscum fuit ad *Hesychium* in v. Ἄθραυστα communicata. Constitueram *Rövere* Nobilissime, specimen correctionum, quae sola paene nitantur fide libri praestantissimi,

mi, huic epistolae intertexere; sed postea rectius me facturum duxi, si ista liberiori spatio committerem: istiusmodi correctiones, si non nullius sint momenti, Tu, sat scio, censebis anteponendas nonnullis Hesychianis. In Glossis autem *Hesychii*, quarum cubilia vix ulla possint pervestigatione deprehendi, duplici via potest insisti; alteram triverunt viri Summi non nisi a paucis calcandam, & variis difficultatibus impeditam; multo facilior est altera. Quum *Hesychium* in manus sumserim, quid velim uno specimine declarabo. Pone itaque tantisper *Theocritum*, &, ubi observati grammatici taedium devoraveris, *Hesychium* respice. Classis est nominum derivatorum, quae terminantur in θμὸς, sunt etiam pauca in θμα, θμὴ, & θμὼν· in quibus θ genuinae literae σ, in τ mutatae, sedem occupavit: remanserunt in usu quotidiano, ἀριθμὸς, βαθμὸς, κλαυθμὸς, πορθμὸς, ῥυθμὸς, ςαθμὸς &c. sed vulgus formas istas plerasque repudiavit. Poëtae formarum, quas olim homines triverant, studiosi, plurima huius etiam moduli versibus roborandis accommoda custodiverunt; qualia sunt animantium sonis indicandis inservientia, βρυχηθμὸς, ὀγκηθμὸς, ὠρυθμὸς, μυκηθμὸς, κνυζηθμός· quorum postremum, *gannitum* notans, obvium in Odyss. Π, 163. & *Apollon.* III, 883. bis mendose scriptum legitur apud *Hesychium*, Κυζηθμὸς, & ubi postulat literarum series Κυνηθμός Huius generis, praeter alia magis protrita, prostant apud *Homerum* etiam rariora, Κηληθμὸς, Ἐλκηθμὸς, Μηνιθμὸς, Ἴθμα & Εἴσιθμη· apud *Hesychium*, pro Ἐξίθμη, series literarum monstrat olim lectum Ἐξίσμη quae vetus sine dubio scriptura in multis male fuit obliterata: *Bergleri* observatis ad

ad *Alciph.* p. 88. alia poſſent adiungi. Inprimis formas in θμὸς ftequentavit *Lycophron*, & uſitatiſſimas dictiones κευθμὸς, κλαυθμὸς, σκαρθμὸς adhibuit, & minus uſitatas ἰαυθμὸς, μηλιαυθμὸς, ἀρδηθμὸς, τεθμός. quorum paenultimum legitur & apud *Nicandrum* Ther. v. 412. ultimum nuspiam frequentius quam in odis *Pindari*, qui rariorem etiam formam Κνηθμὸς poſuit Pyth. IV, v. 370. Ἰνηθμὸς, ſignificans κάθαρσιν κοιλίας, dictio eſt *Hippocratis*, *Erotiano* & *Galeno* commemorata. Ἰαυθμοὺς dixit *Lycophron*, v. 606. & ſupra v. 96. meminerat Μηλιαυθμῶν· hoc mendoſe ſcriptum in *Etymologo*, qui praeterea compoſitum ſubminiſtrat p. 342. v. 35. aliis praetermiſſum Ἐνιαυθμός. Apud *Suidam* & *Heſychium* cum recte legatur Ἰαυθμοὶ, hic alibi depoſuit e mendoſo codice Ἰαθμὸς & αὐθμός. Heſychiana, quae ad iſtam claſſem pertineant, cum plura poſſent depromi, ſpeciminis gratia nonnulla depravata attingam e litera Δ. vulgatur apud *Heſychium:*

Δαίημος, διαίρεσις, μερισμός.] Recepit illud tanquam Graecum *H. Stephanus*, eo potiſſimum inductus, quod legerat apud *Heſychium:* Δαιέοι, διαμερίζοι. Sed hoc in Δαΐζοι, alterum Δαίημος, ex analogia, quae comparatione conficitur, commutari debet in Δαϊθμὸς, vel Δαιθμός. Ab origine Δάω fluxerunt, *dividendi* ſignificatu nota, Δαίω, Δαΐζω, Δάζω, Δάζομαι. hinc δασμὸς, a Δαΐζω, δαϊσμὸς, Δαιθμός. hanc veterem formam Doricam, in libris certe noſtris non obviam, vetuſta tabula Meſſanae inventa fideliter adſervavit apud *Gruterum* Theſ. Inſcript. Antiq. p. CCXIII. lege ſibi v. 18. ΔΑΙΘΜΟΥΣ, & p. CCXII. v. 4. errore vulgari poſitum ΔΕΘΜΟΥΣ. Supra legitur apud

pud *Hesychium* recte ſcriptum, Δαηθμὸν, ἐμπρησμόν. Succedat alia gloſſa depravata.

Δυθίλαι, θαλάμαι, καταδύσεις.] Certiſſime corrigendum: Δυθμαὶ, θ. *lustra* ſunt *ferarum*. Error fuit librarii, totidem paene ductus M & IΛ confundentis. Ad obſervati grammatici triſtitiam minuendam, aliud quidpiam iuvat interſeruiſſe. Plurima latent Veterum loca ſub eodem errore obſcurata: pro M poſitum IN corrupit verſum *Apollophanis* (ſic legendum puto pro Εὐφάνης) Comici apud *Athen.* VIII, p. 343. B.

Πȣ͂ Κόρυδος, ἢ Φυρόμαχος, ἢ κοῖλȣ βία.

reſtitui debet — ἢ Κόρμȣ βία; *Cormus*, paraſitus guloſus, quique manus habebat picatas, e *Timoclis* loco VI, p. 240. F. mihi innotuerat: is per iocum comicum eleganter dicebatur Κόρμȣ βία. — *Conradum Geſnerum*, & capitalia *Scaligeri* & *Caſauboni* ingenia fruſtra exercuit eodem errore deformatus *Archeſtrati* locus apud *Athen.* VII, p. 301. D.

Καὶ Λεβίαν λαβεῖν ὅσχετον ἥπατον ἐν περικλύσῳ
Δήλῳ.

Si pro IN reponamus M, *Archeſtrati* manum recuperabimus: emendandum enim ſine controverſia,

Καὶ Λεβίαν λαβὲ, Μόσχε, τὸν ἥπατον ἐν περικλύσῳ Δ.

Moſcho & *Cleandro* poëma ſuum inſcripſerat *Archeſtratus*, monente *Athenaeo* p. 278. E. *Moſchum* etiam alloquitur apud eumdem III. p. III. F. *Cleandri* nomen ſub literis perverſe ſcriptis latet VII, p. 322. C.

Ταῦτα δὲ πάντα Κύρῳ Φράζων, καὶ πρός σε Κλέαινε.

inopinatus ille *Cyrus* virum Magnum debuerat ab errore revocare; notus eſt Atticiſmus, λέγων κυρῶ, vel κυρῶ Φράζων, reponamus itaque:

Ταῦ-

Ταῦτα δὲ πάντα κυρῶ φράζων καὶ πρὸς σὲ Κλέανδρε.

Hesychii notam supra positam haec excipit:

Δυθμέσι, δύσεσι, καταςροφαῖς.] Prius illud Δυθίλαι posuit in Indice Thes. *Stephanus*, ubi nostrum tamen tentavit: sed dubitari non potest, quin corrigi debeat: Δυθμαῖσι, δύσεσι, κ. veram scripturam non vidit *Spanhemius*, dum tractabat *Callimachi* h. in Cerer. v. 10.

Πότνια, πῶς σε δύναντο πόδες φέρεν ἔςτ' ἐπὶ δυθμάς;

Dixerit forte quis, Δυθμαῖσι dictionem fuisse *Epicharmi*, seu *Empedoclis*: ab *Empedocle* dictum mutuatus est, ut alia plurima, *Plato*, VI. de LL. p. 770. A. ἡμεῖς ἐν δυσμαῖς τῶ βίω· a *Platone* sumserunt, praeter ceteros, quos indicavit Celeberr. *Alberti* ad *Hesychianum* Δυσμαῖς βίω.

Δέελος, δεσμὸς, ἅμμα.] Nisi fallor, *Hesychium* deceperat librarius, qui pro Μ scripserat Λ, pro Θ autem Є. harum etiam literarum adfines esse ductus in scriptis codicibus & in monumentis lapideis viri docti saepe monuerunt: nec veteres Criticos ista talia neglexisse liquet e Porphyrianis apud *Eustath.* ad Il. Τ. p. 1284. e quibus adnotatur, nonnullos in versu 269 Il. Τ. pro ἔλασσε correxisse θλάσσε, contendentes, natam perversam scripturam, τῆς ἄνω περιφερείας τῶ Θ κολοβωθείσης εἰς φαντασίαν τῶ Є γράμματος. Corrigamus ergo errorem *Hesychii*, scribendo: Δεθμὸς, δεσμὸς, ἅμμα. — Alibi *Hesychius*: Ἐθμοὶ, πολλοὶ, δεσμοὶ, πλόκαμοι. Sic censeo; scriptum in veteri fuisse Glossario: Δεθμοὶ, δεσμοὶ, πλόκαμοι· literam primam postea a librario praetermissam. Incidit *Hesychius* in librum, in quo primae dictionum literae nondum fuerant adpositae, quumque non a-

cu-

cute cerneret, huius generis mendosa non pauca recepit in suum Lexicon. Talia plura docte restituit γόνιμος Κριτικὸς *Ioannes Taylor*, in docto Lectionum Lysiacarum & laborioso libello, c. IX. Lexicon autem Graecum, in quo persaepe prima vocum litera deficit, in angulo Leidanae Bibliothecae latet. Sed si verum est, quod supra posui, quid reliquis Ἐθμοὶ, πολλοὶ, faciendum? recte de voce ἑσμὸς cogitasse credo Cl. *Albertium*. *Etymologus* p. 383 v. 10. ὡς, ait, ἀπὸ τῦ τίθημι, θετός (legendum, θεσμὸς καὶ τεθμός) καὶ βίβημι, βασμὸς καὶ βαθμὸς — ὕτω καὶ ἵημι, ἥσω, ἑσμός. quidni etiam ἑθμὸς a quopiam potuerit adhiberi? cogita quaeso monitum *Hemsterhusii* ad *Hesych.* I, p. 136. n. 15. iam si ponas, Grammaticum in *Lycophronis* Cassandra v. 415. Νήριθμος ἑθμὸς, aut alicubi reperisse ἑθμὸς σοφιςῶν, vel quidpiam simile, statues utique scribi potuisse in Glossario: Ἐθμὸς, πολλοί· certe σοφιςῶν σμῆνος & σοφιςῶν ὄχλον dixerunt *Cratinus* & *Iophon* apud *Clement Alex.* Strom. I. p. 329. ἑσμὸν γυναικῶν, *Aristoph.* Lysistr. v. 353. ἑσμὸν λόγων *Plato* V, Πολιτ. p. 450. B. ἑσμὸν ὀνομάτων *Lucianus* Lexiph. II. p. 338. Laïs habuisse dicitur ἐρώντων ἑσμὸν, Anthol. VI, c. VIII. ep. I. &c. Ubi unum alterumve *Hesychii* commentum confutavero, hinc discedam: *Hesychii* nota est:

Δέημος, νόμος, ἢ δεσμός.] Infra legitur: Δεόμενος, νόμος, δεσμός. Quod e *Suida* excitatur Δέμος, νόμος ἢ δεσμός· legitur in huius libro post vocem Δεξιοὶ, atque adeo patet e serie literarum *Suidam* non Δέμος, sed Δεόμενος aut certe Δέομος scripsisse. Ista tria, Δέημος, Δεόμενος, Δέομος, minime Graeca, diversam tantum exhibent eamque mendosam, quam

quam in libris repererant, veteris dictionis faciem. Genuina lectio mihi certe haec videtur: Δεθμὸς, νόμος, ἢ δεσμός. τὸν δεσμὸν dictum fuisse Δεθμὸν, constare arbitror e praecedentibus. Sed lex etiam dici potuit Δεθμός. Leges positae, quaeque vim legis habere credebantur, consuetudines & instituta maiorum vulgari satis adpellatione vocari solebant θεσμοὶ, Athenis sic dicebantur eximie severissimae Draconis leges, ὐκ ἀνθρώπυ, ἀλλὰ δράκοντος, uti eas vocabat *Herodicus* apud *Aristotelem* Rhetor. II, p. 110. v. 9. Quibus in ea voce σ videbatur in θ commutandum, scripserunt Τεθμός. haec forma *Pindaro* praesertim diverso fuit usu adhibita, Olymp. VI, 118. VII, 161. VIII 33. XIII, 39. 57. Pyth. I, 125. IV, 54. Nem. X, 61. attigit eorum locorum nonnulla Ill. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* p. 103. Verum Τεθμὸς cum scriberetur pro θεθμὸς, nonnulli Θ in Δ mutato, ut & in aliis, (*T. H.* ad *Hesych.* in Θάβακον.) ponere maluerunt Δεθμὸς, atque adeo Δεθμὸς recte νόμος ἢ δεσμὸς potuit explicari. Qui certis vestigiis institerit, ea via per diversas Linguae ditissimae partes pergendo, plurima poterit nova detegere. Redeo ad *Theocritum*, & missis ceteris ex unico carmine secundo nonnulla attingam.

In parte postrema carminis istius magici, qua Myndii Delphidis amore se deceptam queritur Simaetha, Deae, quam coelo devocaverat, paucis versibus enarrat, quid evenerit, posteaquam officiosa Thestylis palaestritam perduxerat ad obsequium suum: nimirum mane istius diei, cuius vespera carmen illud decantabat, venisse vetulam, ἦνθέ μοι, inquit, v. 145.

— ἦνθέ μοι ἅ τε Φιλίστας

Μά-

Μάτηρ τᾶς γε ἐμᾶς αὐλητρίδος, ἅ τε Μελιξῦς
Σάμερον,

quae muliercula ſpeculatrix veſtigando cognoverat, faſtidioſum adoleſcentem ab ipſa alienatum alio transtuliſſe amorem ſuum; vera autem eſſe, quae fuerant a vetula minime mendaci relata, hoc argumento conficit Simaetha, quod per ſolidos dies duodecim ne ſemel quidem ad ſe diverterit Delphis, qui antea nullum diem intermiſerat, quin ſaepius veniret. Haec vis ſententiae Theocriteae in duabus literis male diſtractis latet: ſic vulgatur v. 155.

Ἦ γάρ μοι καὶ τρὶς καὶ τετράκις ἄλλοτ' ἐφοίτη,
Καὶ παρ' ἐμὶν ἐτίθει τὰν Δωρίδα πολλάκις ὄλπαν.
Νῦν δέ τε δωδεκαταῖος ἀφ' ὧτέ νιν ὐδέ ποκ' εἶδον.

illud Ἦ γάρ μοι minus attendenti blandiri poterit; ſed ſi ſententia penitus introſpiciatur, μοι locum minime tuebitur: nam δωδεκαταῖος, & iſta τρὶς καὶ τετράκις aliud quid requirunt, quo referantur, ac monſtrant, praeceſſiſſe *nuper*, *proximis his diebus*, νεωςὶ, ἀρτίως, vel ſimile quidpiam. Quaerendi ſollicitudine liberabimur, ubi facilem medicinam, quam tot veterum locis praeter ceteros feliciſſime admovit *Iſ. Caſaubonus*, huic etiam loco adplicuerimus: e voculis enim Ἦ γάρ μοι nobis enaſcetur Ἦγ' ἁρμοῖ· Vocem Ἁρμοῖ a *Theocrito* IV, 51. *Lycophrone* v. 106. uſurpatam, pro νέωςὶ, ἀρτίως, Syracuſanam eſſe pronuntiantibus Grammaticis eo non illibenter fidem habuerim, quod plane conſtet, eſſe de veteris Linguae reliquiis, eiusdem analogiae, cuius ſunt dictiones Syracuſanae, certe Doricae, ἐνδοῖ, ἐξοῖ, πεδοῖ, de quibus variis in locis ex Alexandrino *Heraclide* notat *Euſtathius*. Ἁρμοῖ vel Ἀρμοῖ

†††† (utrò

(utro modo pronuntiandum ſit non convenit inter Technicos) olim legebatur in exemplaribus *Apollon. Rhod.* I, 972. ubi ad Ἰσόν πȣ κἀκείνῳ — *Scholiaſta*, γράφεται δὲ, inquit,

Ἁρμοῖ πȣ κἀκείνῳ ὑποςαχύεσκον (ἴȣλοι.)

ἀντὶ τȣ͂, ἀρτίως, νεωςὶ ὑπηύξανον, ὑπήνθȣν. qui locus forte perſpicaciam *Bentleji* effugit ad fragm. *Callimachi* XLIV,

Ἁρμοῖ πȣ κἀκείνῳ ἐπέτρεχε λεπτὸς ἴȣλος.

Theocritus autem cum ceteris frequenter adhibet voculas ἦ ῥα, & ubi formulis interrogandi, ſed & ubi ſine interrogatione res certa adfirmanda eſt, veluti in huius carminis v. 6, 114, 123. Eid. III, 15. &c. propterea ſcribere malim ἦ ῥ' ἁρμοῖ, in loco noſtro, ſic mea ſententia reficiendo:

Ἦ ῥ' ἁρμοῖ καὶ τρὶς καὶ τετράκις ἄλλοκ' ἐφοίτη,
Καὶ παρ' ἐμὶν ἐτίθει τὰν Δωρίδα πολλάκις ὄλπαν,
Νῦν δέ κε δωδεκαταῖος, ἀφ' ὧτέ νιν ȣ̓δέποκ' εἶδον.

ut hic ſit loci ſenſus: *alias certe ter quaterve proximis diebus ad me veniſſet, & ſaepenumero Doricam domi meae depoſuiſſet ampullam: ſed nunc integri dies effluxerunt duodecim, a quo ne ſemel quidem ipſum viderim.* Non ante deſpectam ſe fuerat ſuſpicata Simaetha, neque adeo revocaverat ad animum cariſſimi Delphidis abſentiam, quam eſſet de ipſius animo mutato admonita a tibicinae matre. Huic mulieri quid fuerit nominis ignoramus; nec erat illud etiam memoratu dignum: ſed quamobrem, obſecro, binae iſtius mulieris filiae commemorarentur? ita tamen, quos quidem noverim, locum ſupra poſitum,

ἠν-

(ἦνθέ μοι ἅ τε Φιλίςας
Μάτηρ τᾶς γε ἐμᾶς αὐλητρίδος, ἅ τε Μελιξᾶς
Σάμερον·)

interpretantur, ut vetulae filias nominent *Philiſtam* & *Melixonem*. Credo *Philiſtum* Syracuſanum eo viros doctos induxiſſe, ut commodum muliebre nomen Doricum in verſum Theocriteum introducerent: atque illud, quamvis alienum a mente Poëtae, facile tamen erat ferendum; ſed vix feras *Palmerii* commentum, qui tibicinae Theocriteae ſubſtituendam ἀλετρίδα, e more ſuae gentis iudicaverat: verum plerique fatebuntur, *Palmerium*, in veteris Graeciae rebus valde exercitatum, in poëticis elegantiis cernendis non habuiſſe ῥῖνα κριτικήν. In poſterum, ἐὰν ἥ γ' ἐμὴ νικᾷ, de ſola cogitabunt *cariſſima* Simaethae tibicina Melixone. Pervenuſte ſcripſerat, ni fallor, *Theocritus:*

ἦνθέ μοι ἅ γε Φιλίςας
Μάτηρ τᾶς γε ἐμᾶς αὐλητρίδος, ἅ γε Μελιξᾶς·

venit ad me mater cariſſimae meae tibicinae, meae inquam Melixus. Illud ἅ γε repetitum quantum loco venuſtatis conciliet, Te perſenſurum confido. Si vel nuſpiam in libris noſtris *cariſſimus* diceretur Φίλιςος, eo non minus crederemus, olim fuiſſe, apud Dorienſes praecipue, pervulgatum: nomina propria bene ominata, Φιλίςος, Φιλιςίων, & muliebria Φιλίςη vel Φιλίςα, & Φιλίςιον, qui tandem in uſum fuiſſent recepta, niſi a Φίλος formata Φιλίων & Φίλιςος innotuiſſent? Pariter utique ἄριςος tranſiit in nomen Ἀρίςος, ſeſeque in varias formas diffudit: memorantur enim Ἄριςις, Ἀριςεὺς, Ἀριςέας, Ἀρίςων & Ἀριςίων, mulieres etiam Ἀριςὼ, & Ἀρίςιον. Sed &

ſuperſunt Φιλίων & Φίλιϛος· prius in *Homeri* Od. τ, 351. & Ω, 267. quanquam & ab aliis obſcuratum, & a *Palmerio* ad *Heſych.* in Φιλίων ad utrumque locum *Sophoclis* meminit *Euſtathius*, in cuius Aiace legitur v. 852.

τὰς αὐτοσφαγεῖς
Πρὸς τῶν φιλίϛων ἐκγόνων ὀλοίατο.

Scholiaſtes ad hunc locum ταῦτα δὲ, inquit, νοθεύεσθαί φησι· quis? *Didymus*, opinor; atque adeo legendum: ταῦτα δὲ Δίδυμος νοθεύεσθαί φησι. *Schol.* ad *Soph.* Antig. v. 45. Δίδυμος δέ φησιν, ὑπὸ τῶν ὑπομνηματιϛῶν τὸν ἑξῆς ϛίχον νενοθεῦσθαι. — Nondum a Carmine *Theocriti* diſcedo: quam in primo verſu & deinceps aliquoties compellat Simaetha, *Theſtylis*, dominae in magico hoc miniſterio adiutrix, ipſa erat veneficiorum ſcientiſſima; quales habuiſſe plerumque videntur in familia mulieres iſtius quaeſtus, cuius fuit *Simaetha*: eiusdem ordinis mulier, Σιμαίθα dicitur *Ariſtophani*, Acharn. v. 523. *Heſychius*: Σιμαίθα, ἑταίρας Μεγαρικῆς ὄνομα· ſic enim recte locum correxerunt *Kuſterus* & *Weſſelingius*. Nomen Theſtylidis, ab uſu ſervulae inditum, a *Sophrone Theocritus*, a *Theocrito Virgilius* acceperat: ſed Virgiliana *Theſtylis*, quae *feſſis meſſoribus herbas contundebat olentes*, Ecl. II, 10. ea ipſa eſt vetula venefica, non nominata *Theocrito*, *quae meſſores nuper ſubſequuta ſpicas legerat*, ita enim accipienda videntur in Eid. III, 34.

Ἁ πρᾶν ποιολογεῦσα παραιβάτις ———

Theocriti Theſtylis poſtquam herae iuſſis obſequuta lauros, malas herbas, pilam rubra lana incinctam, & cetera paraverat, quae uſui erant futura, Magicum

cum carmen, decantandum, dum ſacra ad animum Delphidis reflectendum peragerentur, incipit Simaetha, Eid. II, 10.

Voce vocans Hecaten, coeloque Ereboque potentem,

ἀλλὰ Σελάνα
Φαῖνε καλόν· τὶν γὰρ ποταείσομαι ἄσυχα δαῖμον,
Τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι
Ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα.
Χαῖρ' Ἑκάτα δασπλῆτι, καὶ ἐς τέλος ἄμμιν ὀπήδει.

Non pigebit adſcripſiſſe ex *Horatii* Epod. v, v. 51. & ſeqq.

Nox & Diana, quae ſilentium regis
Arcana cum fiunt ſacra;
Nunc nunc adeſte.

quae poſtrema Theocriteum ἀλλὰ commode exprimunt. *Seneca* Hippol. v. 412.

Hecate triformis; en ades coeptis favens.

ſed μέλαν αἷμα hoc quidem in loco diu fuerat ſuſpectum: memineram quidem, veteres nigrarum pecudum ſanguine Deos inferos placaſſe, & *Nigro bidentes vellere atque atras boves* in ſacris fuiſſe Magicis adhibitas; praeter ceteros etiam *Tibullum* ceciniſſe I Eleg. II, 61.

nocte ſerena
Concidit ad Magicos hoſtia pulla Deos.

neque tamen propterea mihi poteram perſuadere, *hoſtiam pullam* dictam fuiſſe *Theocrito* μέλαν αἷμα. Tandem, poſtquam ad me pervenerat Theſaurus, quo nos ditavit, & quotquot ſunt atque aliis erunt in annis harum Literarum ſtudioſi ſibi devinxit utrique noſtrum Amiciſſimus & magnis ſuis meritis

Celeberrimus *Io. Alberti*, coepi suspicari locutionem ubivis obviam, μέλαν αἷμα, rarissimae locum occupasse; scripsisse autem *Theocritum*:

Ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν εἷμα.

Relege, quaeso, *Hemsterhusii* adnotata, ad formulam Ἐπιέσασθαι γῆν, quam *Hesychius* explicat, ταφῆναι & iudicabis, terram cadaveribus circumfusam, quae ossa nigro velut amictu amplectutur, atque adeo *sepulcrum* dici posse μέλαν εἷμα. nullus quidem locus est ad manum, in quo vocabulum εἷμα sic usurpetur: verum notiones *sepulcri* & *vestimenti* potuisse permutari, hinc Tu certe conficias, quod utramque uni rei designandae adhibuerint. Corpus vetustissimi Theologi non tantum carcerem sed & *sepulcrum* animae nominarunt, quo divinior ista particula velut obrueretur: horum sententiam apud *Clem. Alex.* v. Strom. p. 518. commemorant *Plato*, & *Philolaus* Pythagoreus, qui ἁ ψυχὰ, inquit, τῷ σώματι συνέζευκται, καὶ καθάπερ ἐν σάματι, ἐν τέτῳ τέθαπται. recentiores corpus vocare maluerunt *vestem*, qua tanquam velamento natura animam circumdedisset: vide, quaeso, *Gataker.* ad *M. Antonini* x, 1. quod Imperator ibi vocat τὸ περικείμενον σῶμα, infra x, 38. τὸ περικείμενον ἀγγειῶδες, supra dixerat τὸ ἀγγεῖον τὸ περικείμενον, VIII, 27. locum inspice, si placet; ἀγγεῖον enim emendavi, pro vulgato αἴτιον & hoc quidem recte fecisse me censebis, sed *Theocritum* tractanti negabis esse philosophandum. Si *Sepulcro* convenit *vestimenti* notio, *sepulcretum* designare potuit *Theocritus* per νεκύων ἠρία καὶ μέλαν εἷμα, & in Magico carmine Hecaten celebrare,

Ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν εἷμα,

sicu-

ſicuti eamdem in precibus ad Muſaeum dixerat *Orpheus*, Theologus certe pervetuſtus, v. 47.

Τυμβιδίαν, ψυχαῖς νεκύων μέτα βακχεύουσαν.

Veneficae, quae manes dira deteſtatione evocantes ſepulcris eliciebant, peragere ſueverant in ſepulcretis ſacra nefaria: Medea dicitur ἀλωμένη ἀμφὶ νεκρὺς *Apollon. Rhod.* IV, 51. aderat ſacris, & per ſepulcra vagari credebatur Hecate, ſive Luna, a venefica ſolemni ritu *excantata:* hoc quum fuerit verbum in iſta re proprium, atque illud pernoverit *Broukhuſius* ad *Propert.* III, El. II, 49. mirabar virum Elegantiſſimum, verſum *Propertii* IV El. V, 13.

Audax cantatae leges imponere Lunae,

praetermiſiſſe intactum: non ſane nego Lunam dici poſſe *cantatam*, aut ignoro Horatianum *audax perpeti*, quaeque ſimilia, *Horatio* inprimis familiaria, dudum ante *Bentlejum* collegerat *Lambinus* ad *Horat.* IV Carm. VIII, v. 8. ſed quoniam, ſi unum locum excipias IV El. X, 42. huius generis nihil repereram apud *Propertium*, contra noveram ſaepe infinitivis iunxiſſe *auſus* & *auſa*, veluti III, El. IX, v. 13. & v. 41

Auſa Iovi noſtro latrantem opponere Anubin,

IV, El. VIII, 22

Auſa per impuros frena movere locos.

cenſebam equidem in altero etiam verſu, cuius ſenſus pendet a ſequentibus, corrigi debere:

Auſa excantatae leges inponere Lunae ------

Is, cuius mentionem feci, *Broukhuſius* oſtendit ad *Tibull.* I El. II, 52. in iſtiusmodi ſacris Hecaten apparuiſſe canibus comitatam: propterea bis minimum

mum σκυλακῖτιν eam vocat ſuis in hymnis *Orpheus:* canibus ipſis viſam fuiſſe tum Deam terribilem manifeſtum eſt e Theocriteis:

τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι
Ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα.

Terribilem Deam exire iubet Simaetha, ſuoque ſacro intereſſe benignam:

Χαῖρ' Ἑκάτα δασπλῆτι, καὶ ἐς τέλος ἄμμιν ὀπάδει.

Hoc erat initium carminis, cuius pleraque intermedia *Caſaubonus* & *Heinſius* explicuerunt; unicum vocabulum attingam, quod, vitii manifeſtum, illi tamen videri poſſint non animadvertiſſe: Δέλφις, inquit Simaetha, v. 23

Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν· ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν
Αἴθω. χ' ὡς αὐτὰ λακέει, μέγα καππυρίσασα, —

Id quidem extra dubitationem poſitum arbitror, participium καππυρίσασα non eſſe Theocriteum: forte dudum genuina lectio Tibi in mentem venerit: dicam tamen, quid mihi ſuper hoc loco cogitanti inciderit; evenit enim, nec mirum, rariſſime, ut in eadem duo incidamus cogitandi veſtigia. Male putabam coaluiſſe, quae fuerant diſiungenda; potuiſſe autem *Theocritum* καππυρὸς εὖσα· vides, ευ in α mutato, quam facile hinc enaſci potuerit vulgata, a qua paululum diſcedit lectio *Etymologi* in v. Δάφνη· utrique certe fateberis anteponendam, quam poſui. *Lauri folia igni impoſita*, δάφνη κατὰ πυρὸς οὖσα, Theocritea ſcribendi conſuetudine, δάφνα — καππυρὸς εὖσα. Participium εὖσα Dorico ſito flexu recurrere apud *Theocritum*, & κατὰ hoc ſenſu caſui etiam ſecundo iungi pernoſti: καππυρὸς, pro κατὰ πυρὸς poſitum, videri poterit inſolentius;

&

& fateor ſolam ad illud firmandum habere me analogiam; uſus enim veteri Lingua loquentium permiſit, ut, praeter alias, praepoſitio **κατὰ** non tantum cum verbis, ſed cum nominibus etiam, quibus fuerat adponenda, coaleſceret, ſic contracta, ut eius pars ſecunda tranſiret in conſonam nominis primam, niſi quando concurſus aſperior leniori videbatur litera molliendus; notiſſima ſunt *καγγόνυ*, *κακκεφαλὴν*, quodque propius accedit *καππεδίον*. Nunc adponam *Theocriti* locum, qui praeterea laborat interpunctione, ſic ſcriptum, ut emendandum arbitrabar:

Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν
Αἴθω χ' ὡς αὐτὰ λακέει μέγα, καππυρὸς εὖσα,
Κὴξαπίνης ἅφθη, κ' οὐδὲ σποδὸν εἴδομες αὐτᾶς,
Οὕτω τοι καὶ Δέλφις ἐνὶ φλογὶ σάρκ' ἀμαθύνοι.

Horatius Epod. v, 81.

amore ſic mei flagres, uti
Bitumen atris ignibus.

cum bitumine lauri fragiles in focum coniiciebantur magicum; ut eo celerius flammam conciperent, *ac divino igne conſumerentur*, quae verba ſunt *Servii* ad *Virgilii* Pharmaceutriam v. 82. Plura attulit *Broukhuſius* ad *Tibullum* I El. II, 61. & *Nemeſiani* locum ex Ecloga IV, cuius verſus 64 & 65, vocibus aliquot transpoſitis, ſic omnino legendos exiſtimo:

Luſtravit, vivo crepitantes ſulphure lauros
Incendens, cineresque averſa effudit in amnem.

ubi *Titius Theocriti* meminit & *Tibulli*; huius in II. El. v, verſus 81.

Et ſuccenſa ſacris crepitet bene laurea flammis,

 fir-

firmat in *Theocrito* λακέει μέγα· Horatianum autem *bitumen atris ignibus*, alterum καπκυρὸς εὖσα. Si Tu forte, literis iisdem servatis, scribere malueris κάπκυρος εὖσα, quod pro κατάπυρος adhibuerit *Theocritus*, cum sensus paene idem maneat, ita cogitanti non reluctabor. Sed illud satis certum puto, a *Theocrito* poni non potuisse καππυρίσασα. Hic debueram subsistere, Teque fessum legendo dimittere; Γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ Φύσις βιάζεται. verum, si Te diutius detineo, quam par erat, ita quaeso cogita, hanc ubi Epistolam perlegeris, nihil caussae habiturum, cur *Vrsini* libellum revolvas, cui hac opera vix quidquam accessit ornamenti. Sic itaque conabor labefactare illud καππυρίσασα, ut nova quaedam lux *Theocrito*, & Linguae in universum videri possit accessisse. Quod in Scholiis legitur πυρακτωθεῖσα non utique lectioni vulgatae, quidquid narret *Aem. Portus*, sed potuit inservire participio Dorice scripto Καππυριχθεῖσα· Nam si statuas verbum fuisse καππυρίζω, ad eam rationem Dorice debuerat illud inflecti. Quaecunque verba vulgo apud Graecos desinebant in άζω, & ίζω, imo vero etiam (quamvis haec paucissima fuerint in usum recepta) in έζω, όζω, ύζω, Dorice efferuntur a *Theocrito*, in άσδω, ίσδω, έσδω, όσδω, ύσδω. Cui quidem huius generis Theocritea obversabuntur, librariis inputare non dubitabit paucas formas vulgares, quae insident editiones nostras Eid. II, 113. III, 26. IV, 16. V, 41. 113. VII, 48. XI, 17. 78. XIV. 15. & XV, 21. ubi pro λαζεῦ ponendum λάσδευ. Supra legitur λάσδεο, VIII, 84. *Hesychius*, apud quem talia reperientur paucissima, praebet Δίσδημαι, ζητῶ· hoc facit, ut pro δίζημαι minus cunctanter

Δίσδη-

Δίσδημαι ſcribendum cenſeam in XVI, 61. & δισδημένῳ VII, 48. Iſtiusmodi verba Dorica in σδω ad hanc normam certiſſimam flectebantur in ſua tempora -- ξῶ -- χα -- γμαι -- χθην. Auctor obſervationis Aldinae editioni praefixae, quam, quia ineditam exiſtimabat, *Andr. Schottus* inſeruit Obſerv. II, c. 50. ἡ νέα, inquit, Δωρὶς, ᾗ καὶ Θεόκριτος κέχρηται, μαλθακωτέρα παρὰ τῶ Ἐπιχάρμω καὶ Σώφρονος· ſic ediderunt: ſed corrigendum, παρὰ τὴν Ἐπιχάρμω, ut Dorica *Theocriti* dialectus lenior dicatur prae illa, qua uſi fuerant *Epicharmus* & *Sophron*. Verum hac in parte nihil habuit Noſter, quin ipſi fuerit cum *Sophrone*, *Epicharmo*, ceteriſque, qui quidem eſſent Dorienſes, commune. *Sophroni* verbum minime Doricum ἐκρατηρίσαμεν vel κεκρατηρίκαμεν tribuit *Caſaubonus* Anim. in *Athen.* p. 821. vulgatur apud *Athenaeum* XI. p. 504. B. ὁ τὼς μίμως πεποιηκὼς —— λέγει πυ, κὴν κρατῆρι χημές αντί τυ πεπώκειμεν. ante *Caſaubonum* ediderant: κὴνκρατῆρι χημέσαντίτυ πεπώμειμεν. monſtra facile poterunt profligari: litera ν in κε commutata, fac ut reliquae male divulſae coaleſcant; hoc ubi feceris, veterem, ni fallor, recuperabis ſcripturam *Sophronis*, & *Athenaei*, qui dederat: κὴκεκρατηρίχημες, ἀντὶ τῶ καὶ πεπώκειμεν. Quod in ſermone vulgari dixiſſent καὶ ἐκεκρατηρίκειμεν, id *Sophron* dixerat in ſuis Mimis: κὴκεκρατηρίχημες, a recepta inter ſuos conſuetudine non recedens, niſi quod paulo inſolentius, quanquam ne id quidem ſine exemplo, —— χημες poſuerit pro —— χειμες Formae iſtae in — μες, in fragmentis Doricis pervulgatae, quinquies recurrunt in Epiſtola perbrevi *Archytae* Tarentini apud *Diogen. Laert.* VIII. 80. in qua pro τοὶ περὶ Δαμησκὸν viri Docti haud

haud dubitanter correxissent τοὶ περὶ Λαμίσκον, si praeter illam *Archytae* apud *Laert.* III. 22. meminissent Epistolae *Platonis* septimae, in qua p. 350. B. Archytas & Tarentini misisse dicuntur ad Dionysium legationis ducem Λαμίσκον, αὐτῶν ἕνα. — Ad verbum *Sophronis* explicandum posuerat *Athenaeus* ἐπεπ. sive πεπώκειμεν, litera prima, more satis usitato, neglecta. *Sophronis* illud κἠκεκρατηρίχημες *Varronis* verbis apud *Nonium* p. 321. dixeris *& poculis nos invitaveramus large atque benigne.* Quod Lingua subministrat vernacula, Graeco verbo κρατηρίζειν interpretando commodum, Cl. *Albertius* adnotavit ad glossam *Hesychii:* Ἐκρατηρίσθημεν, ἐμεθύσθημεν. Censeat forte quis, in veteri glossario dictionem *Sophronis* Ἐκεκρατηρίχημες, expressam per ἐμεθύσθημεν, deinceps in Ἐκρατηρίσθημεν degenerasse. Quamvis enim verbum κρατηρίζειν combibonibus frequenter videri possit usurpatum, in libris tamen veterum rarissime repertum ex *Athenaeo* manifestum est; cum enim Grammaticus *Leonides* dixisset, κρατηρίζωμεν, ἄνδρες φίλοι, ne quis Κειτέκειτος verbum apud veteres legi negaret, solius mox auctoritate *Sophronis* illud firmavit: quod sub teste *Lysania* (ita legendum pro Λυσ.) promit ex *Herodoro*, satis erat vulgatum: nam sicut alii passim παρ' οἴνῳ, vel παρ' οἶνον ita παρὰ κρητῆρα, παρὰ κρατῆρας, & παρὰ κρητῆρι dixerunt *Pindarus* Nem. IX, 107. *Euripides* apud *Stobaeum* p. 502. v. 5. *Telestes Selinuntius* apud *Athen.* XIV p. 626. A. *Apollon. Rhod.* II, 158. *Theognis* v. 493. & 643. ceterique. — Quando mentionem feci *Sophronis*, nunc forte ῥῆσιν exspectas *Epicharmi*; sed hanc partem servari praestat integram *Adriano Heringa*, in quo Eruditissimo Medi-

co

co Noſtrate *Hemſterhuſii* diſcipulum agnoſces. — Ponam itaque, quae huc pertinent, Theocritea. Eid. III, 16. cum vulgo legatur ἐθήλαζε, genuinam ſcripturam ἐθήλαξεν conſervavit *Stobaeus* p. 401, v. 30. In Eid. v. reperiuntur recte ſcripta, καθίξας, v. 32. βωκολιαξεῖς, v. 44. χαριξῇ, v. 71. καχαξῶ, v. 142. Eid. x, 18. e Scholiis reſtituendum eſt χροΐξεῖται καλαμαία· legitur v. 23. ἐργαξῇ. ἐξήταξα, XIV, 28. θεσπίξασα, XV, 63. In Eid. XXI, 32. venuſtum dictum reſtituit *Scaliger:*

> Ὃς γὰρ ἂν εἰκαξῇ κατὰ τὸν νόον, ὗτος ἄριςος
> Ἔςιν ὀνειροκρίτας·

Non ignoro, Praeſtantiſſ. *Maittairium* in opere utiliſſimo de Dialectis horum nonnulla iam attigiſſe; ſed illa erunt in ſequentibus pauca, & facile animadvertes, utrique noſtrum diverſiſſimum eſſe inſtitutum. Ἀμφεπίαξε legitur in ſexto *Theocriti* epigrammate, πιάξας in Eid. IV, 34. Attica verbi forma πιέζω· Dorica πιάσδω· haec mutata in πιάζω tranſiit cum plurimis Doricis in ſermonem communem; hinc πιάζω apud *Heſychium* aliis verbis explicandis frequenter inſervit. Duo ſunt apud *Theocritum* γελάξαι & κλάξαι, quae prima ſpecie videntur a reliquis diverſa, cum γελάω & κλείω adhibeantur in ſermone vulgari, non item γελάζω & κλάζω. nec tamen diſcedunt a ceterorum norma. Γελάξας legitur Eid. VII, v. 42. & v. 128 ex emendatione *Caſauboni:* ad eamdem legem γελᾶξαι, v. 156 reponi potuerat. Auctor Βυκολίσκυ, ſive *Theocritus*, ſeu alius, ſic orditur Eid. XX,

> Εὐνίκα μ' ἐγέλαξε θέλοντά μιν ἁδὺ φιλᾶσαι.

Verba in έω, cum non niſi pauciſſima, (forte quinque

que vel ſex) producantur in *έζω*, ad priorum legem pleraque non potuerunt inflecti Dorice: verum aliter ſe res habuit in verbis in *άω*, paſſim in *άζω* productis. Sicut *ἀγαπάξαι*, ita & *γελάξαι* ſcripſerunt Dores. In *κλάξαι* ratio ſatis eſt manifeſta: *ἀπόκλαξον* occurrit in Eid. xv, 43. *ἀποκλάξας*, xv, 77. *κατεκλάξατο*, xviii, 5. & merito *Caſaubonus* ſuſpicabatur, *κλαξῶ* reſtituendum in Eid. vi, 32. *clavis* dicitur *κλὰξ*, Eid. xv, 32. *Heſychius*: *Κλᾷξαι*, *κλεῖσαι*. Doricum illud ſic fuit propagatum: a *Κλείω*, *κλείσω*, *κλεὶς*, *κληῒς* (*κλαῒς*, Aeol. *κλά ις*) *κληΐζω*, *κλῄζω*, *κλᾴζω*, *Κλάσδω*, *κλαξῶ*, *κλάξ*. Sed ne Te nimis fatigem, correctionem interſeram, quam minime adſperneris. Quum eſſem aliquando apud *Hemſterhuſium*, & neſcio quid coniecturarum Viro Summo proponerem, incidebamus forte in Eidyllium *Theocriti* xxiii. ibi *Hemſterhuſius* monſtrare mihi in v. 54. mendoſum verbum *ἐτυλίχθη*: & ingenium pertentare; ego vero, quaſi faſcino tenerer, nihil eniti *γόνιμον καὶ ἀληθὲς*, neque ante verum potui perſpicere, quam is me monuerat ſcripſiſſe *Theocritum*,

—— *ἐδ᾽ ἐλυγίχθη*
Τὰν ψυχάν·

excitatus protinus intellexi venuſtatem locutionis, a lucta ad alteram illam palaeſtram cum plurimis aliis feliciſſime translatae. Recordabar praeterea *Theocritum* ipſum illud alibi depoſuiſſe. Locum, quia pertinet ad eamdem verborum claſſem, in Scholiis ad *Ariſtoph.* Veſpas v. 1478 non ſatis emendate ſcriptum, hic deponam ex Eid. 1, 97, 98.

Κῆπε, τὺ θὴν τὸν ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξεῖν.
Ἆρ᾽ ἐκ αὐτὸς ἔρωτος ὑπ᾽ ἀργαλέω ἐλυγίχθης;

At-

Atque ait: en saevi dixti fore victor amoris:
Nunc te, Daphni, tamen saevi vis flectit amoris.

ita hos versus convertit *Heinsius*; qui dum in alterius Eclogae loco prolato dederit: --- *nec tristia flectit Pectora*; non tamen idcirco censeri debet habuisse genuinam lectionem perspectam. Quid sensus loci postularet vidit *Aemilius Portus* in Lex. Dor. v. Τυλίσσειν· nedum ut *Heinsium* potuerit latere. Et haec quidem pleraque sunt Theocritea huius generis. Sed *Eustathius* sic scribit alicubi, ut censeri possit participium τόκιχθέντα reperisse apud *Theocritum*, nimirum ad Il. Ω. p. 1481. v. 15. ubi ἄπεκτον ἄρνα, inquit, τὸν μήπω πεχθέντα, ἤγουν καρέντα, καὶ, εἰπεῖν κατὰ Θεόκριτον, Ποκιχθέντα. verum vix dubito, quin respexerit ad Eid. v, 26.

Τίς τρίχας ἀντ' ἐρίων ἐποκίξατο;

hinc, ad normam Theocritei λυγιχθῆναι, *Eustathius* formavit participium Doricum ποκιχθέντα. Eiusdem sunt analogiae *Homerica*, Θρυλλίχθη. Πελεμίχθη. & *Anacreontis* Θωμιχθείς· *Hesychius* alicubi invenerat Θυμιχθείς, quod explicat πικρανθείς· &, Ἐταντα-λίχθη, ἐσείσθη. Doricum Ἐταντα λίχθη, non facile commutaverim cum Ἐταντα λίσθη, quae forma erat communis a verbo Anacreonteo ταντα λίζω derivata. Ad eamdem classem pertinent Πρωραχθῆναι, & Πρανιχθῆναι· quorum prius apud *Hesychium* reperitur; Πρηνιχθῆναι etiam in Anthol. III, c. XXII. ep. 74. & apud *Lycophron.* v. 1006. *Hesychius:* Πρηνιχθέντα ἐπὶ πρόσωπον καὶ ἐπὶ στόμα πεσόντα. Alibi habet Πρανιχθέντα. eodem ferme sensu Dorice poni potuerunt Πρανίξαι & Ποτουδίξαι. Quae vulgo νομισθῆναι & ποριςθῆναι, Dorice pronuntiabantur νομιχθῆναι & ποριχθῆ-

χθῆναι. *Sthenidae* Pythagorei, de Regis officio loquentis, inſigne fragmentum apud *Stobaeum*, p. 332 v. 32. ſubminiſtrat νενομίχθαι, ſed & illud in νενόμιςαι mutatum voluit *Gesnerus*: ubi vulgatur: διὰ τοῦτο γάρ πυ μάλιςα καὶ νενομίχθαι τὸν θεὸν, πατέρα μὲν θεῶν πρᾶτον, πατέρα δὲ ἀνθρώπων ἦμεν· corrigendum puto: δοκεῖ νενομίχθαι, τὸν πρᾶτον θεὸν πατέρα μὲν θεῶν πατέρα δὲ καὶ ἀνθρώπων ἦμεν. *Propterea vel maxime Deus Summus habitus videtur pater Deorum hominumque.* Initio fragmenti v. 23. olim legebatur: τὸν βασιλέα σοφὸν ἦμεν· οὕτω γὰρ ἐσεῖται ἀντίμιμος καὶ ζαλωτὰς τῶ πράτω θεῶ· perperam ediderunt ἀντίτιμος καὶ ζηλωτάς. ſupra dixerat eadem pagina *Diotogenes*: θεόμιμόν ἐντι πρᾶγμα βασιλεία. Quae proſtant in eodem *Sthenidae* loco, v. 38. τοιοῦτον ἐπιςῆμεν, ſine controverſia corrupta, facillime poterunt ad hanc rationem integrari: τοιοῦτον θέμις ἦμεν καὶ τὸν ἐπὶ γᾶς καὶ παρ' ἀνθρώποις ἀγεμονεῖν μέλλοντα βασιλέα. —— Quod paulo ante memorabam, Πορίχθῆναι, ſive, ad legem Euſtathiani κοιχθέντα inflexum, πορίχθέντα ſcripti codices *Iamblichi* ſervarunt in illa nobili Tarentini *Lyſidis* ad Hipparchum Epiſtola: οὐ θέμις ὀρέγεν τοῖς ἀπαντῶσι τὰ μετὰ τοσούτων ἀγώνων σπουδᾷ πορίχθέντα. ſic recte vulgavit *Kuſterus* in *Iamblich.* de vita Pythag. p. 62, 63. *Ioannes Arcerius* p. 80. v. 23. dederat περιχυθέντα, ſed in Codice Mſ. e quo *Iamblichum* edidit *Arcerius*, quemque Bibliotheca cuſtodit Franequerana, legitur περιχθέντα. Idem Codex plures ſubminiſtrat formas Doricas, ab *Arcerio* male obliteratas. Ubi *Kuſterus* p. 65. v. 5. cum ceteris edidit ἐξεβλάςησαν, Codex Franequeranus formam Tarentinam exhibet ἐκβεβλαςάκοντι· quae ſuo ſe colore facile commendabit. Verbum fuit

βε-

βεβλαςάκω, ut πεποιήκω & ſimilia, de quibus variis in locis apud *Euſtathium* egit *Heraclides*. Pag. 64. v. 17. *Kuſterus* dedit ἠΦάνισεν, & in nota ſubiecta monuit Dorice ſcribendum ἠΦάνιξεν. Mſ. noſter *Lyſidis* dicto accommodum ſuppeditat compoſitum ἐπαΦάνιξεν. — Si *Stobaei* Codex ſcriptus perita manu tractaretur, ſine dubio plurima ſimilia detegerentur in fragmentis Pythagoreorum Doricis, in quibus plerumque verborum illiusmodi formae veteres in communes & uſu notiores fuerunt ab inperitis commutatae. Superſunt de rarioribus Ἀγαπάξαι. Ἑρπύξαι. Ὀπωρίξασθαι. quorum primum *Callicratidas* apud *Stobaeum* p. 487. v. 16. ſecundum *Pempelus* adhibuit, p. 461. v. 10. Doricum ὀπωρίξασθαι legitur p. 408. v. 47. in *Dii* fragmento, multis partibus mendoſo. Quando locus eſt inſignis, & Tu Pythagoreorum dictis apprime delectaris, quae verbum ὀπωρίξασθαι antecedunt, *Dii* verba conabor emaculare. Initium fragmenti, Τίς ἀγὰν ἡ βιοτᾶς ὄντως ναμερτᾶς εὐδαίμων ζωὰ, & ſequentia minus eſſe ſana, nemo negabit: Poterunt autem, mea opinione *Dii* verba hac ratione reſtitui: Τίς ἀγωγὰ βιοτᾶς ναμερτέως εὐδαίμων ζωά; καὶ τίνας ποτὲ χρὴ κρίνειν εὐδαίμονας; ἢ νὴ Δία τὼς σκάνεος καλλονὰν ἔχοντας, δώραμα Φύσιος; τούτως γὰρ ὡς ἔνι μασσότερον οἱ πλεῦνες ὡς θεὼς ἢ θεῶν ἱδρύματα περιέχοντι. pro ὑπερέχουσι, quod vulgatur, poſſet etiam legi περιέποντι. ceterae correctiones ſunt facillimae; ναμερτᾶς non ſollicitasſem, niſi in ultimo loco p. 409 l. 17. legeretur ἁμαρτέως, itidem in ναμερτέως commutandum. Paucis interiectis leguntur ſequentia: τουτέως οὖν εὐδαίμονας οἶδα, ὡς ἔμμεν δοκοῦντι, τοῖς τὰν ὥραν αὐτοῖς βουλλομένοις ὀπωρίξασθαι. ſic videntur iſta reficienda: τούτως

††††† τέως

τέως ὧν εὐδαίμονας οἶδα. ἕως ἔμμεν δοκεῦντι τοῖς τὰν ὥραν αὐτῶν δηλομένοις ὀπωρίξασθαι. hos *Platonis* verbis dixeris τῆς ὥρας καθάπερ ὀπώρας πεινῶντας. ex VIII. de LL. p. 837. B. sive, ἥβας καρπὸν ἀνθήσαντ' ἀποδρέψαι ἐθέλοντας, cum *Pindaro*, Pyth. IX. v. 192. In *Pindari* Odis huiusmodi verba leguntur sub flexu Dorico plurima; qualia sunt: Κωμάξαι, N. II, 39. Κλεΐξαι, Π. IX, 162. O. I, 176. Καταφαμίξαι, O. VI, 94. Κοιτάξασθαι, O. XIII, 107. Ἀποφλαυρίξαι, Π. III, 23. Ἀντιάξαι, O. X, 100. Ὑπαντιάξαι, Π. VIII, 13. Quod apud *Hesychium* legitur Ὑπαντάξας mutandum non est: utrumque enim dicebatur Ἀντάξαι & Ἀντιάξαι. Bis legitur ἀπαντάξαντα in *Archytae* loco quem evulgavit e MS. *Al. Morus* ad *Lucae* VI. v. 45. Praeterea frequenter apud *Pindarum* aliosque recurrunt Ὀνυμάξαι, Κομίξαι, Ἁρμόξαι, sive Ἐναρμόξαι, & Συναρμόξαι. In *Alcmanis* verbis apud *Athen.* IV, p. 140. c. legitur Ἁρμόξατο Ποθαρμόξασθαι in loco *Aesarae* Lucanae apud *Stobaeum* Ecl. Phys. p. 106. v. 12. *Euryphamus* in *Stobaei* Floril. p. 556. v. 13. adhibuit Συναρμοξάμενος, & *Ecphantas* p. 332. v. 44. Ἁρμοκται· hinc nomen Spartanorum *Harmostarum* derivatum; nam qui vulgo Graecis Ἁρμοσταί, flexu Dorico Lacedaemoniis dicebantur Ἁρμόκται. *Histriones* & *mimi* Laconice vocabantur Δεικηλίκται. cum vulgo nomen illud scribatur Δικ. vel Δεικηλιστής, genuina forma bis occurrit apud *Plutarchum*, in egregio illo dicto, quo histrionis sese petulantius efferentis superbiam repressit Agesilaus: Ἀλλ' οὐ τύγ' ἐσσὶ Καλλιππίδας ὁ δεικηλίκτας; T. II. p. 212. F. & T. I. p. 607. D. *Meursius*, Misc. Lac. III. c. VI. utrobique δικηλιστὰς rescribendum censebat, sed sermonis

nis Graeci diversarumque dialectorum analogiam minime habuit vir Eruditissimus perspectam. Laconicum Δεικηλίκτας ortum a verbo veteri Δεικηλίξαι· has enim formas Lacedaemonii, Cretenses, & Tarentini cum ceteris habuerunt Doriensibus communes. In *Aristoph.* Lysistrata Lacaena v. 92 pronuntiavit ξυναλίαξε, Lacon autem v. 1245. ἵνα διποδιάξω· non satis emendate vulgatur ξυναλίαζε. Istiusmodi formae nuspiam plures invenientur, quam apud *Hesychium.* Rariora sunt Διπτυχίξαι, Λακιδίξαι, Ἀποῤῥωγαλίξαι, Ἐςδραμυλίξαι, Κρανίξαι. Vulgatur apud *Hesychium:* Διπτύδιξον, δίπλωσον. sed sine controversia Διπτύχιξον restituendum est, id est, δίπτυχα ποίησον· hoc vidisse credo *Is. Vossium.* Quod suo loco legitur: Λακηδῆξαι, διαῤῥῆξαι. Graecum non est: sed analogice formari potuit Λακιδίξαι, idque reponendum. Ante vocem Ἀποῤῥῶγας ponitur: Ἀποῤῥυταλίξαι, ἀποσπάσαι. Mecum corriges: Ἀποῤῥαγαλίξαι, ἀποσπάσαι. usitatissimum est adiectivum ῥαγαλέος, cuius loco antiquitus etiam ῥηγαλέος vel ῥαγαλέος, & more Aeolico Βρηγαλέος, & Ϝρηγαλέος scripserunt. *Hesychius:* Τρωγαλέον, διεῤῥωγός. ibi literarum series postulat Τρηγαλέον. supra legitur: Τρηγαλέον & Τραγαλέον. diversa est unius vocis facies: Digamma Aeolicum Β vel Ϝ male degeneravit in Τ & Τ. Ex Italica forte comoedia petitum Ἐσδραμύλιξον, quod *Hesychius* exponit εἴσδραμε. Is praeter plurima similia praebet Κερανίξαι & Κρανίξαι. Ἀποκρανίξαι adhibuit Auctor epigrammatis Dorici, quod *Kusterus* edidit ad *Suidam* in v. Ἰξύν. —— ῥοπάλῳ

Γυρὸν ἀπεκράνιξε βοὸς κέρας· ——

sic legendum pro ἀπεκράνιζε. *Suidas* supra: Ἀπεκράνιξε,

νιξε, τῆς κάρας ἀπεχώρισεν. iſta recepit *Euſtathius* ad Od. Σ. p. 675. v. 15. Huius generis paene nihil apud *Suidam*, perpauca reperiuntur in editis *Leonidae* Tarentini aliorumve epigrammatis. Ab *ἄγχι* cum potuerit formari verbum *ἀγχίσαι*, ſuo flexu Cretenſes Ἀγχίξαι dixerunt. *Heſychius*: Ἀγχίξαι, ἐγγίσαι· Κρῆτες. Laconica fuerunt Ἀμβροτίξαι, & Ἀπεσοίξαι. *Heſychius*: Ἀμβροτίξας, ἀπαρξάμενος· Λάκωνες. & Ἀπέσοιξεν, ἀπέσωσε· Λάκωνες. Prioris dictionis origo patet: alterius autem, cum poſſit videri paulo abſtruſior, rationem non magis eſſe obſcuram oſtendet ſimilium comparatio. Eiusdem ſunt claſſis verba, πλώζω, χρώζω, σώζω· olim ſcripta, πλῴζω, χρῴζω, σῴζω· quod contracta fuerant e vetuſtis formis, πλοΐζω, χροΐζω, σοΐζω· natis e nominibus πλόος, χρόος, σόος. Verbum illud σοΐζω, a recentiori σώζω obliteratum, ore Laconico pronuntiabatur Σοΐδδω· hinc Ἐσόϊξεν Laconicum, & *Heſychianum* Ἀπεσόϊξεν, ἀπέσωσε· Λάκωνες. Poſſem ſimilia quaedam ex *Heſychio* congerere, ſed malo verbum Laconicum, Grammaticis etiam antiquis ignotum, in lucem protrahere, quodque diu exulavit reducere in ſuam ſedem, nimirum Ἀφηροΐξαι. *Iacobus Sponius* in Miſcell. Erud. Antiq. Sect. x. p. 342 vulgavit tres inſcriptiones repertas in inſula Santerini, quae olim ſub nomine Therae notiſſima nobilis fuit Lacedaemoniorum colonia: De Theraeorum dialecto non protrita tradit *Euſtath.* ad Od. Τ. p. 706. v. 40. In ſingulis iſtarum trium inſcriptionum verbum illud Ἀφηροΐξαι legitur, nuſpiam alibi a me repertum. Primam non gravabor hoc in loco deponere:

O

Ο ΔΑΜΟΣ ΑΦΗΡΟΙΞΕ ΚΑΙ ΕΤΕΙΜΑΣΕ ΤΟΝ ΙΕΡΕΑ ΑΠΟΛΛΟΝΟΣ ΚΑΡΝΗΙΟΥ ΔΙΑ ΓΕΝΟΥΣ ΑΔΜΗΤΟΝ ΘΕΟ ΚΛΕΙΔΑ ΠΑΣΑΣ ΑΡΕΤΑΣ ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΣΩΦΡΟΣΥΝΑΣ

In tertia earum inſcriptionum *Carpus uxorem ſuam* Ἀφηρόϊξεν· in ſecunda, filius patrem & uxor maritum Ἀφηρώϊξαν. his longe vetuſtior videtur prima, qua *Populus* Theraeus *Admetum Theoclidae F. qui iure haereditario Carnei fuerat Apollinis ſacerdos, praeſtantis virtutis gratia ſacello honeſtavit*, Ἀφηρόϊξε καὶ ἐτείμασε, ſignificat ἡρῴῳ ἐτίμησε, ſive ſepulcrum ſepimento cinxit, atque adeo partem agri ſacravit Admeto & ἐτεμένισε, ipſumque ſacrificio anniverſario veluti Heroa honorandum decrevit. Quod ex. gr. de Braſida *Thucydides*, v, c. XI. οἱ Ἀμφιπολῖται, περιέρξαντες αὐτȣ̃ τὸ μνημεῖον, ὡς ἥρωΐ τε ἐντέμνȣσι, καὶ τιμὰς δεδώκασιν ἀγῶνας καὶ ἐτησίȣς θυσίας. uno verbo dixeris, Braſidam Ἀφηρώϊσαν. Sicuti a πατρώϊος & πατρῷος, Πατρωΐζειν & Πατρῴζειν· ita, ab ἡρώϊος & ἡρῷος ortum, Ἀφηρωΐζειν & Ἀφηρῴζειν e Doricis iſtis Ἀφηρόϊξεν & Ἀφηρώϊξαν in Lexicis poterit reſtitui. — Illud forte mireris, in monumentis lapideis, in Sicilia, Creta, aut etiam alibi, ubi Dorice loquebantur, inventis, iſtiusmodi verborum formas Doricas adeo raras reperiri, communes frequentius. Tabula Sicula apud *Gruterum*, quae ſupra nobis δαιθμȣ̀ς ſuppeditavit, exhibet p. ccx. v. 8. Doricum ἐργαξεῖται· Legitur p. CCXII. v. 40. 52. 57. & 59. ὁρίτοντος & ὁρίτοντα, in quibus primum putabam literam T duplicandam; nunc ſuſpicor olim exaratum ΟΡΙΞΟΝΤΟΣ & ΟΡΙΞΟΝΤΑ. poſito Ξ pro Z. Confer ſi placet *Spanhem.* de Praeſt. & U. N. Vol. 1. p. 98. Inſigne

ſigne Teſtamentum p. ccxvi & ſeqq. Dorica continet non pauca, quae absque eo penitus ignoraremus, ſed col. I. v. 14. formam praebet vulgarem κατασκευάσαι· col. v, v. 22. κομισάσθω· col. vi. v. 4. νενομισμένα contra vero quater vel quinquies ad normam Doricam ſcriptum ἐξοδιάξει, col. v, v. 25. vii, v. 8. 14. 24. quae loca Celeberr. *Hemſterhuſio* obverſabantur ad Plut. *Ariſtoph.* p. 111. In elegantiſſimo Plebiſcito Agrigentinorum, quo Demetrium Syracuſanum honorarunt, p. cccci. mendoſe legebatur ΕΞΟΔΙΑ ΑΙ· literam Σ excidiſſe iudicabat *Ant. van Dale* Diſſ. ix. ad marm. Vet. p. 771. ſed in renovata Gruteriani operis editione recte legitur ἐξοδιάξαι. contra, cum initio decreti legeretur ΕΔΟΞΕ ΤΑΙΑΛΙΑΙ, haec perperam exhibet: ΕΔΟΞΕ ΤΑΙ ΑΑΙ. deinde errore fabrili poſitum puto ΤΑΙ ΣΥΝΚΛΗΤΩΙΡΙ. certe non dubito, quin legi debeat: Ἔδοξε τᾷ Ἁλίᾳ καθὰ καὶ τᾷ Συγκλήτῳ· *viſum fuit Populo ut & Senatui.* In inſcriptione, quae hanc proxime praecedit: Ἔδοξε τῇ Συγκλήτῳ καὶ τῷ Δήμῳ τῶν Μελιταίων· alias plerumque dicitur τῇ Βελῇ καὶ τῷ Δήμῳ. In paucis monumentis Doricis, quae *Gruteri* Theſaurus complectitur, huiusmodi verborum nihil, opinor, invenietur praeter iſta duo ἐργαξεῖται & ἐξοδιάξαι. Formas aliquot communes dabunt Decreta diverſarum Cretae civitatum, quae in Antiquit. Aſiaticis vulgavit *Edmundus Chishull*, ſed in Aetolorum Decreto p. 105. in fine legitur καταχωρίξαι & v. 25. τᾶς ἐγδικάξιος. Foedus inter Hierapytnenſes & Prianſios praebet v. 48. δικάξασθαι. attigit praeter alia Cl. *Alberti* ad *Heſych.* I. p. 242. n. 17. In iſtam Foederis vetuſtiſſimi partem, in

in Iusiurandum Cretense apud Gruterum p. DV. (quod Foederi subiecit *Chishullus*, diligenter comparandum cum illo Latiorum Olontiis praestito apud *Chishullum* p. 136. cuius partem iam dederat *Reinesius* Inscr. cl. VII. n. 26.) & in alia quaedam monumenta Dorica proximis literis observata nonnulla Tecum communicabo: illa nunc quidem ab instituto me nimium abducerent. Missis itaque illis redire malo ad formas Doricas verborum vulgo in ἄζω & in ίζω desinentium. Tempus istorum verborum praesens a Doriensibus diversimode pronuntiabatur; & ab aliis, & a Siciliensibus, in άσδω & in ίσδω· a Tarentinis in άσσω & in ίσσω· a Boeotis inprimis in άττω & in ίττω, sive etiam in άδδω & in ιδδω, quamvis hic flexus praecipue fuerit Lacedaemoniis usitatus. *Heraclidae* de formis istis Tarentinis observata quantum praestent in hac parte Linguae spectanda commoditatis, cum paucis exponi nequeat, placet subsistere in verbis in άδδω & ίδδω, & emendationes, quae spectent ad hanc partem, nonnullas expromere. Nullam, quam quidem noverim, istiusmodi formam *Plutarchus* nobis subministrabit, plura tamen Laconum dicta, in quibus olim videantur positae: neque etiam alibi, ut opinor, reperientur, praeterquam apud *Hesychium*, (quanquam pleraeque mendis obscuratae latent,) & apud *Aristophanem*, e quo paucissima fuerunt in *Suidae* & *Etymologi* Lexica, & ad alios derivata. Huius generis verba Laconica, quae prostant in *Aristophanis* Lysistrata, a Lampito ceterisque Lacedaemoniis prolata, praeter unum alterumve, de quibus addubito, excitabo. Versus 82. primum

praebet *Γυμνάδδομαι*· unicum illud attigit *Eustathius*, ad Od. H. p. 271. v. 39. *γυμνάζω γυμνάδω· καὶ διπλασιασμῷ Αἰολικῷ καὶ Δωρικῷ Γυμνάδδω·* subiungit verba *Aristophanis*. — *Μυσίδδειν* pro *μυθίζειν* positum v. 94.

Μυσιδδέτω
Ὅτι λῆς ποθ' ἀμέ.

recurrit v. 1078.

Τί δή ποθ' ὔμμε πολλὰ μυσίδδειν ἔπη;

in eorum locorum altero scribendum arbitror

Μύσιδδέ τοι
Ὅ, τι λῆς ποθ' ἀμέ.

Quod legitur v. 980. *μυθίξαι* mutari debet in *μυσίξαι*· sed quum praeterea *Senatus* ore Laconico non videatur dici potuisse *γερωχία*, locum, prouti videbatur reticiendus, adscribam:

Πᾶ τᾶν Ἀσανᾶν ἐντί γ' ἁ Γερωϝία,
Ἠ τοὶ Πρυτάνεις; λῶ τι μυσίξαι νέον.

Laconice *ἡ γερουσία*, secundum usitatam in talibus consuetudinem, dicebatur *Γερωΐα*, vel, digamma Aeolico interposito, *Γερωϝία*. *Alcman*, quem nosti fuisse *λύρης ἐλατῆρα Λακαίνης*, scripserat teste *Prisciano* p. 547.

Καὶ χεῖμα πῦρ τε δάϝιον.

Dictionibus etiam Homericis non paucis digamma legeremus insertum, si prodiisset *Homerus Bentleji*: vide quaeso Vannum Criticam, p. 395. & Lectiones Lysiacas, p. 703 & 704. Eo autem hoc in loco praetulerim *Γερωϝία*, quoniam editiones exhibent *γερωχία*· alias placuisset *Γερωΐα*, quam formam ad *Hesychium* illustravit *Kusterus* p. 822. n. 16. hoc ceteris Aristophaneis congrueret. v. 1299. *ἐκλιπῶα*

Μῶα.

Μῶα· v. 1301. κλεῶα. &c. in quibus ȣ in ω mutato, σ, vocalibus interpositum, fuit eiectum. Ceterum in v. 980. pro μυθίξαι legendum esse μυσίξαι, Tu minime dubitabis. Illud vero miror, cum saepissime fuerit is Laconismus, quo σ pro θ ponere sueverant, alibi obliteratus, genuinas formas in *Aristophanis* Lysistrata plerumque semper fuisse conservatas: sunt enim admodum pauca, veluti v. 1258, θαγόντας. v. 1254, θείκελοι. v. 1003, θίγειν. v. 91, Κορινθία. quae debeant ad eamdem normam reformari, in σαγόντας. σέσκελοι. σίγειν vel σίγην. Κορινσία. neque enim scripsisset Κορινθία, qui v. 1259. posuit ἥνσει, alibi Ἀσάναν & Ἀσαναίως. σίγειν, pro θίγειν, invenit in Ms. *Kusterus*, qui recte vulgavit v. 1082. 1083. σέλει — ἐλσὼν — σέτω. Ex his unum, sed alia huius generis plurima, habet *Hesychius:* Σίγη, θίγγανε· Λάκωνες. ubi legi poterit Σίγην, θιγγάνειν· sive Σίγε cum Cl. *Albertio* ad *Hesych.* p 695. n. 4. qui nonnulla etiam attulit p. 1454. n. 26. Haec proderunt insigni *Thucydidis* loco emaculando. In pacis legibus, quas Lacedaemonii per Licham Argivis proposuerunt, haec leguntur apud *Thucydid.* v, c. LXXVII. περὶ δὲ τῶ σιῶ, συμβατόσαιμεν λῇν τοῖς Ἐπιδαυρίοις ὅρκον, δῶμεν δὲ αὐτὺς ὀμόσαι. Bene sit Viris Praestantissimis, qui, praeter cetera, varias Codicum lectiones nobiscum communicarunt: pro συμβατόσαιμεν Basil. praebet συματώσειμεν· Cassellanus σύματος ἔμεν. illud σύματος, pro θύματος Laconico more positum, veram huius loci scripturam, aut verae proximam patefecit: certe non negabis vulgatis multo meliora esse sequentia, e vestigiis corruptae lectionis haud difficulter eruta: περὶ δὲ τῶ τῶ Σιῶ σύ-

σύματος, σέμεν λῆν τοῖς Ἐπιδαυρίοις ὅρκον, δόμεν δὲ αὐτὼς ὀμόσαι. Graece diceres: περὶ δὲ τῶ τῶ Θεῶ θύματος τιθέναι ἐθέλειν τοῖς E o. Coniecturam ab hac in nonnullis diversam Codex Arundelianus, in quo pro συμβατόσαιμεν tantum σύγματος legebatur, subministravit: illa scriptura considerata, credidi voces αὐτὼς δὲ ὀμόσαι, τὰς πόλιας cum sequentibus esse conglutinandas, quaeque praecesserant hac posse ratione restitui: περὶ δὲ τῶ τῶ Σιῶ σύματος, λῆν τὼς Ἐπιδαυρίως ὀρκιδδέμεν. *ad sacrificium Apollini debitum exhibendum velle se Epidaurios obstringere iurisiurandi religione.* articulus τῶ semel male fuerat positus: nam hoc quidem dubium non videtur quin recte correxerim, περὶ δὲ τῶ τῶ Σιῶ σύματος· Religionis quippe neglectum Argivi speciosam habuerant Epidauriis belli inferendi causam: *Thucydides* supra, cap. LIII. Ἐπιδαυρίοις inquit, καὶ Ἀργείοις πόλεμος ἐγένετο, προφάσει μὲν, περὶ τῶ θύματος τῶ Ἀπόλλωνος τῶ Πυθαιέως· sic scribendum pro Πυθέως. De Apolline Pythio nihil habebant causae cur essent solliciti; de suo cogitabant Argivi: Apollo Πυθαεὺς vel Πυθαιεὺς, a Lacedaemoniis, sed ab Argivis eximia religione colebatur. *Hermionenses* teste *Pausania* II, p. 194. τὸ τῶ Πυθαέως (Ἀπόλλωνος) ὄνομα μεμαθήκασι παρὰ Ἀργείων. & p. 197 traditur, Asine solo aequata reliquisse tamen Argivos templum Apollinis Πυθαέως. *Pausaniae* verba *Meursius* attulit Attic. Lect. IV. c. II. Cum itaque satis constet σύματος esse *Thucydidi* reddendum, de ceteris iudicabis. Ipsa Foederis formula, quam *Thucydides* prodidit memoriae c. LXXIX. praebet formas verborum communes ἐρίζοι & δικάζεσθαι. sed hoc in fine positum

tum forte mecum videbitur in δίκας ἔσεσθαι transmutandum. Pro ἐρίζοι libenter posuerim ἐρίδδοι. Vidimus ex *Aristophanis* Lysistr. Γυμνάδδομαι & Μυσίδδειν· Nunc reliqua persequar. — Ποτόδδει legitur v. 206.

Καὶ μὰν ποτόδδει γ᾽ ἁδὺ, καὶ τὸν Κάςορα.

Apud *Theocritum* ὄσδεν & ποτόσδεν reperitur; ποτόδδει Laconice scribere potuit Comicus. Credibile tamen videtur, illud hoc quidem in loco correctoribus deberi, in quo olim scriptum fuerit ποτόμΦει. *Hesychius:* ΠοτόμΦει, προσόζει. Recte *Salmasius* contulit, quod supra legitur: ῎ΟμΦα, ὀσμή· Λάκωνες. *Timachidas* apud *Athen.* xv. p. 682. c. τὸ ῥόδον Φησὶ τὰς ᾽Αρκάδας καλεῖν ΕὐόμΦαλον, ἀντὶ τῦ εὔοσμον· ubi *Casaubonus Hesychii* meminit. — Quod *Hesychius* habet Ψιαδεῖν, παίζειν. sine dubio corrigendum in Ψιάδδειν· reperitur in hoc nostro Dramate v. 1304.

Τοὶ δὴ παρ᾽ Εὐρώταν ψιάδδοντι.

Versus 1319 praebet Παραμπυκίδδεται. Versu 1315. mentio fit

Βακχᾶν
Θυρσαδδωᾶν καὶ παδδωᾶν.

Kusterus scribendum putabat παιδδωᾶν· atque ita legisse videtur Scholiasta bina ista explicans θυρσαζεσῶν καὶ παιζεσῶν. mihi vero παδδωᾶν in παλλωᾶν omnino videtur commutandum: Βάκχαι θυρσάζεσαι καὶ πάλλεσαι, *Bacchae* dicuntur *thyrsos leves vibrantes.* Quandoquidem *Aristophanes* in his sibi constat, mireris in v. 1166. reperiri Βλιμάττομες· secundum observata *Heraclidae* Βλιμάττω, pro βλιμάζω positum

tum, tribuendum potius esset Boeotis, quam Laconibus: verum constat Boeotos aliosque etiam adhibuisse formas istiusmodi verborum in δδω. praeterea verba in ττω habuerunt & alii cum Boeotis communia: Ἀγκυρίττει Cretensibus adscribit *Hesychius*, apud quem eiusdem classis reperiuntur: Ἀφοπλίττονται. Λαγαρίττεται. Δυρίττειν. Μασχαλίττει. &c. — Verba autem huiusmodi in δδω Megarensibus etiam tribuit *Aristophanes* & Boeotis. In Acharnensibus Megarensis dixit v. 734. χρῄδδειν vel χρῄδδεν, pro χρῄζειν·

Πότερα πεπρᾶσθαι χρῄδδετ᾽ ἢ πεινῆν κακῶς,

ad eamdem rationem v. 823. ubi legitur Φαντάζομαι, olim posuisse videtur Φαντάδδομαι. Grammaticus recentior, cuius notas aliquot Etymologico interseruit *Fred. Turrisanus*, p. 447. v. 41. Θερίδδειν, inquit, ἀντὶ τοῦ θερίζειν, Βοιωτικῶς παρὰ Ἀριστοφάνει. respicit ex Acharn. v. 946. ubi loquitur Boeotus:

Μέλλω γέ τοι θερίδδειν.

Formam Thebanam mendose scriptam *Hesychius* in Lexicon suum recepit, suoque errore traxit *Casaubonum:* ubi cogitaveris, pro vulgari κρίζω Boeotice dici debuisse κρίττω vel κρίδδω, non dubitabis errorem *Hesychii* corrigere, & pro Κριαδέμεν rescribere: Κριδδέμεν, γελᾷν· Βοιωτία δὲ ἡ λέξις. Locus, quo pertinet ista glossa *Hesychii*, *Strattidis* est e Phoenissis, conservatus ab *Athenaeo* XIV. p. 622. A. exemplis allatis Comicus ostendit, dictiones Thebanos usurpare ceteris Graecis penitus inusitatas; ipsos quippe τὴν σηπίαν vocare Ὀπιτθοτίλαν,

Τὴν εὔθεσιν, δ᾽ Ἄκολον· τὸ γελᾷν δὲ, Κριδδέμεν.

sic

sic legendum pro vulgatis *τὸ γελᾷν δὲ ἐκκριδδέμεν·* *Casaubonus Strattidis* versum ex *Hesychio* censuerat reficiendum p. 895. Formae Laconicae in *ἄδδω* & *ἴδδω* cum essent ex *Aristophane* notae, mirum est, cur non *ἀτίμαδδε* posuerit *Salmasius* in Lacedaemoniorum Senatusconsulto, qui de Hellen. p. 82. solus in illo restituerat *τὰν κιθάριξιν·* nam *καθάρισιν* scripserant *Leopardus* Emend. VIII. c. XIV. & *Scaliger* ad *Manil.* p. 426. *κιθάριξιν* *Casaub.* Anim. in *Athen.* VIII. c. XI. *Ismaël Bullialdus*, qui illud notis in *Theon. Smyrn.* subiecit p. 295. & *Edm. Chishull.* Antiq. Asiat. p. 128. Sed ista si valeret ratio, in nonnullis Laconum dictis apud *Plutarchum* hae verborum formae possent restitui; quas *Hesychius* nobis plurimas praeberet, nisi aut is in libros incidisset mendosos, aut eius etiam scriptura magis esset depravata. Quantum commemini, unicum tantum huius generis reperitur apud *Hesych.* emendate scriptum, quod *Salmas.* attulit in *Plin.* Exerc. p. 1280. D. *Φαιρίδδειν, σφαιρίζειν.* In *Φυαδδεῖ*, quod sequitur proxime, accentus tantum mutari debet; scribendum enim: *Φυάδδει, σωμασκεῖ.* quod pronuntiatione tantum distabat a *Βυάδδει.* Supra legitur *Ἐκπετριαδεῖν, παχύνειν ἱμάτιον· Λάκωνες.* sed corrigendum: *Ἐκπετρίδδειν·* *Hesychius* habet *Περιπετρίζεσθαι.* Verbum *Κωμάζει* haec nota antecedit: *Κωμαδεῖν, ὀρχεῖσθαι* non dubitabis literam interserere, legendo *Κωμάδδειν.* idem remedium adhibendum in *Οἰκιδεῖν, καθῆσθαι.* vetus lectio fuit *Οἰκίδδειν·* Sub eadem litera prostant hae binae glossae *Ὁμηριάδειν, ψεύδεσθαι.* & *Ὀρκίλλει, ὅρκον ποιεῖ, ὀμνύει.* verba sic scripta recepit in Indicem Thes. *H. Stephanus.* Pro *Ὀρκίλλει* sine controversia legendum

Ὀρ-

'Ορκίδδει· neque hoc officit coniecturae, quam ſupra poſui: potuit enim iſto ſignificatu a Poëta poni 'Ορκίδδει, tametſi Lacedaemonii 'Ορκίδδειν vel 'Ορκιδδέμεν eodem adhibuerint ſenſu, quo Graeci vulgo verbum ὁρκίζειν· Sicuti 'Εκπετρίδδειν in 'Εκπετριαδεῖν, ita 'Ομηρίδδειν apud *Heſychium* tranſierat in 'Ομηριαδεῖν. Plurima ſuperſunt apud *Heſychium*, ſed pleraque talia, quae non niſi perita manu rite poſſint tractari. De illis acturum ſe pollicitus eſt Vir Summus, quocum huius generis nonnulla communicaveram. Diverſis locis leguntur: Μωδεῖ, λαλεῖ, ᾄδει. & Μȣσιαδδεῖ, λαλεῖ, ὁμιλεῖ. Putabam unius verbi μȣσίζειν, a *Muſis* derivati, formas in illis latere diverſas. Sed monuit me *Hemſterhuſius*, pro Μωδεῖ recte quidem correxiſſe me Μῴδδει vel Μωίδδει. ſed Μȣσίδδει, ſignificans λαλεῖ, ὁμιλεῖ, more Laconico poſitum pro μυθίζει. qua de re non cenſebis dubitandum. Cum ſingulae correctiones copioſius potuiſſent firmari; in unica, pace Tua, morabor aliquantulum. Vulgatur apud *Heſychium:*

'Επεβαλλομένη, ἐνθεαζομένη.] Ubi haec leguntur, ſeries literarum poſcebat 'Επηβ. hoc ſi vulgatae lectionis ſedem occupaſſet, difficulter genuina veteris Grammatici ſcriptura potuiſſet erui. Simul atque in mentem venit literas etiam β & υ frequenter permutatas, emendabam 'Επευαδδομένη, ἐνθεαζομένη. Certiſſimam eſſe correctionem e Cariſſimi Doctoris literis intellexi, qui eamdem dudum detexerat. *Commotis excita ſacris Thyas*, *Euripidi* in Bacchis v. 1092. θεȣ̃ πνοαῖσιν ἐμμανὴς, Laconice dicta fuerat 'Επευαδδομένα, quae diceretur in ſermone vulgari ἐπευαζομένη, vel ἐνθεαζομένη. Tales in euantium thiaſo

lym-

lymphata mente furebant
Evoë bacchantes Evoë, capita inflectentes.

Scopae saxeam bacchantis effigiem laudat *Glaucus* Anthol. IV. c. III. ep. 5.

Ἁ Βάκχα Παρία μὲν, ἐνεψύχωσε δ' ὁ γλύπτας
Τὸν λίθον· ἀνθρώσκει δ' ὡς βρομιαζομένα.

Ista βρομιαζομένα proxime accedit ad nostram Ἐπευαδδομέναν· *Hesychianum* ἐνθεαζομένη de Semele legitur in *Schol.* ad *Apollon. Rhod.* I, 636. qui καὶ τὴν Σεμέλην, inquit, Θυώνην καλοῦσιν, ἐπειδὴ Αἰσχύλος ἔγκυον αὐτὴν παρεισήγαγεν οὖσαν καὶ ἐνθεαζομένην. ubi corrigi debet: παρεισήγαγε θύουσαν καὶ ἐνθεαζομένην. — Bacchantium ululatus in libris scribitur εὐοῖ, εὐὰ & εὐάν. Εὐοῖ σαβοῖ legitur in loco *Demosthenis*, quo ad verbum εὐάζειν usus est Celeberr. *Wesselingius* ad *Diodor. Sic.* I, p. 248. Credo lectum alicubi Εὐὰν σαβὰ, quod apud *Hesychium* degeneraverit in Εὔσαμα. Verbi frequenter obvii compositum Ἀνευάζειν, usurpatum a *Lycophrone* v. 207. veterum locis firmavit *Iac. Gronovius* ad *Arrian.* p. 198. Ἐπευάζειν ante erutam Ἐπευαδδομέναν potuisset in *Stephani* Thesauro locum reperire, obvium in *Orphei* Hymno LXXVIII. & leviter corruptum in H. LXVIII, 6. in cuius v. I. εὐάστειραι recte reposuit *Dan. Heinsius* ad *Sil. Ital.* I, 101. eodem titulo Nymphae designantur H. L, v. 8. Ipsum Bacchum laudat *Orpheus* velut εὐαστῆρα H. XXIX. & *Leonides*, Anth. VI, c. VII. ep. 10. In Hymno LII dicitur Bacchus σὺν εὐζώνοισι τιθήναις Εὐάζων. Apud *Plutarchum* Sympos. IV, 6. p. 671. c. leguntur veteris Poëtae verba: εὔϊον ὀρσιγύναικα μαινομέναις ἀνθέοντα τιμαῖσι, Διόνυσον.

&

& in Lib. de Exilio p. 607. c. paulo aliter collocata: Εὔϊον ὀ. Διόνυσον μ. ἀ. τιμαῖς. quae hac ratione censebam reficienda:

Εὔϊον ὀρσιγύναικα Διόνυσον,
Μαινομέναις συνθέοντα τιθήναις.

in *Sophoclis* Oed. Col. v. 673. Bacchus celebratur θείαις ἀμΦιπολῶν τιθήναις, quem in Oed. Tyr. v. 220. dixit Εὔϊον Μαινάδων ὁμόςολον. Quando saepius *Orphei* mentionem feci, non erat praetermittendum, in *Orphei* Precibus ad Musaeum v. 34. mendose legi συνευςατῆρας. Corrigamus:

Καὶ Σεμέλην, Βάκχȣ τε συνευαςῆρας ἅπαντας,
Ἰνὼ, Λευκοθέην τε, Παλαίμονά τ᾽ ὀλβιοδώτην.

Sed tandem tamen desino. Vale Vir Nobilissime, & epistolam verbosam, aut, si mavis, dissertationem, Tibi inscriptam, aequi bonique consule.

PRAEFATIO.

L. S.



Vem Christophorus Plantinus Antverpiae anno 1567. ex officina sua emiserat Fulvii Vrsini libellum, ut Studiosorum commodis inserviret, suo sumptu renovari curavit Coulonius. Huius editio, typorum nitore commendabilis, eo Plantinianae anteponenda est, quod Vrsini adnotationes in illa ad unam tantum editionem Virgilii, in hac, indicatis versuum numeris, ad recentiores omnes utiliter fuerint accommodatae. Duo adolescentes, his in literis non parum exercitati, dederunt operam, ut exemplar Plantini fideliter exprimeretur. Horum diligentia vitia quaedam typographica, quae priorem editionem deformabant, fuerunt sublata. In erroribus Vrsini nihil novari placuit. Is Auctorum loca saepenumero protulit, prouti legebantur in editionibus istius aevi perverse scripta; nonnunquam tamen e libris vetustis meliora quam leguntur in editis. Quum sua sponte permotus opusculi editionem constituerat iterare Coulonius, Auctor ipsi fui, ut nec e libris vulgatis loca corrigi, neque editionem Plantini quomodocunque interpolari pateretur. Verum quum libellum renovatum evolverem versus nonnunquam perperam separatos, alia quoque non pauca deprehendi, quae modeste potuerant, nonnulla, quae omnino corrigi debuerant. Nomina propria vel semper ad veterum editionum normam fuerant repraesentanda; vel nunquam. Opusculi curam suscipere, & loca quaerere recusaveram, in quibus Auctorum verba legerentur, ab Vrsino allata. Illa

la quod non sint in hac editione secundum consuetudinem usitatam designata nonnullis videbitur dignum reprehensione. Hi si forte suspicabuntur, molesti, nec sane utilissimi, laboris fuisse me fugitantem, non multum errabunt opinione sua. Doctis, qui quidem veterem editionem adipisci nondum potuerint, satis erit, opusculum non interpolatum hac opera reddi parabile: ea enim est Vrsini celebritas, ut nihil fuerit ab ipso in lucem vulgatum, quod non hodiedum cupide versare velint homines etiam Doctissimi; tum propter cetera scitu utilissima, tum propter illa, quae passim expromit e Codicibus Mss. & aliorum, sed praesertim Alexandri Farnesii Cardinalis. Huius instructissima Bibliotheca tanquam sua utebatur Vrsinus, post mortem Ranutii Farnesii biennio circiter ante, quam libellus Noster prodiret, in Alexandri domum receptus, in qua Cardinalis humanitate vir Eruditissimus sic alebatur, ut absque sollicitudine veterum monumentis invigilare, & amicis, quos habuit iisdem studiis initiatos vir optimus plurimos, operam dare potuerit. Horum libenter suis in scriptis meminit, & in hoc libello secum communicata commemorat clarorum hominum observata, quibus utebatur familiariter, Gabrielis Faërni, Scipionis Tettii, & Octavii Pantagathi. E scriptis Codicibus excitata multo plura quidem reperientur in libello, quo Fragmenta IX Illustrium Feminarum, Lyricorum, aliorumque complexus est, sed nec huic libello desunt huius generis inedita, quae hodiedum frustra alibi quaererentur. Pleraque tamen, e quibus tanquam ineditis attulit nonnulla, deinceps in lucem prodierunt; & Achillis quidem Tatii, cuius saepe facit mentionem, in Aratum Isagogen eodem

dem anno, quo Plantinus Antverpiae libellum Vrsini, Florentiae vulgavit e codice Mediceo Petrus Victorius. Verum tantam non habuit Coulonius in hoc libello recentando Doctorum rationem, quantam aliorum. Et sane fatendum est, iuvenum, qui quidem Graeci sermonis usum sibi comparare Graecorumque Scriptorum loca, quae Virgilius fuerit imitatus, legere desiderant, usibus esse aptissimum. Reliquorum enim, qui in Homeri, Theocriti aliorumque locis ad Virgilium comparandis elaboraverant, sive veteres seu recentiores, diligentiam sine controversia superavit Vrsinus. Quorumcunque Scriptorum Graecorum Latinorumve loca non tantum mira sagacitate pervestigaverat, quae Virgilius videri posset imitatus, sed etiam illa Poëtarum Latinorum qui Virgilii vestigia fuerant persequuti. Ista observata, in hunc libellum dudum ante congesta, tandem opera Plantini prodierunt in lucem, quum libelli parens Vrsinus annum ageret aetatis tricesimum septimum, qui natus anno 1530 *septuagenarius in urbe patria Romae decessit, scriptis plurimis & laboriosis nobilitatus. Quod si minus aliis, nostratibus certe iuvenibus Vrsini libellus accidet optatissimus. Illos etiam, quos rerum suarum rationes his studiis immorari non patiuntur, adhortari soleo, ut, quando utriusque Linguae aliquam sibi compararunt notitiam, saltem legere incipiant Virgilium & Homerum, ut* sublimitate (*verba sunt Quinctiliani*) Heroici carminis animus adsurgat, & ex magnitudine rerum spiritum ducat, & optimis inbuatur. *Hi si fructum hinc perceperint, ut certe capere poterunt uberrimum, tulisse se pretium operae indicabit Coulonius.*

PLANTINI DEDICATIO.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO CARDINALI GRANVELLANO, D. ANTONIO PERRENOTO, ARCHIEPISCOPO MACHLINIENSI, CHRISTOPHORVS PLANTINVS

S. D.



ÆPENVMERO mecum cogitavi, ANTONI Cardinalis amplissime, quonam pacto, inter tot tantaque maximarum rerum onera, quæ tibi imponuntur quotidie, litterarum studia tractare non sine magna laude possis. Ceteri enim omnes, quantumvis recte a primis annis instituti, ut primum ad altos dignitatum gradus progrediuntur, illa, a quibus alioqui nec natura, nec voluntate abhorrent, studia plane deserunt, vel ita intermittunt, ut raro admodum ex longissimo intervallo ad ea redeant. Tu vero cum longe maiora & difficiliora, quam illi, negotia fidelissime administres, id agis ut litteras non inter πάρεργα *sed* ἔργα *habere videaris, meritoque occupatorum omnium doctissimus, & doctorum occupatissimus appellari possis. Qua quidem ratione præstas, ut quamdiu Musarum & humanitatis nomen extabit, universa posteritas intellectura sit, te eruditione & dignitate ornatissimum florentissimumque vixisse. Hoc si fortuna duce esses consecutus, in felicitate esset, & lucro ponendum: sed contigit tibi animi vere heroici, & ingenii magnitudine, incredibili labore & industria. Quid dicam de eximia tua erga*

erga doctos liberalitate, qui te patronum & patrem merito appellant? hos honoribus auges, illos maximo paupertatis opprobrio liberas, &, ut uno verbo dicam, nemo, qui quas debet, cum doctrina virtutes coniunctas habet candorem & modestiam, ad te accedit, qui re infecta abeat. Idcirco ex omnibus totius terrarum orbis partibus ad te, tanquam ad benignum quemdam Mæcenatem, confugiunt: adeo ut in omni disciplinarum genere doctissimi viri in tua familia, tanquam in theatro, & academia quotidie conspiciantur. Quo nomine tantum tibi debent omnes, ut nisi suum in te celebrando certatim faciant officium, & tuas laudes utraque ad cælum manu ferant, non video qua ratione ingrati crimen possint effugere. Ceterum hoc loco non constitui de aliis præclaris tuis in rempub. meritis dicere. sum enim tanto oneri impar, neque mei est officii: sed potius historicis, & poetis illam palmam lubens relinquo, qui, quantum animo conceperint, ornate & copiose litterarum monumentis mandare possunt. Vereor autem ne tantum oratione consequi nequeant, quantum naturae parens Deus in te benigne contulit. Quod vero de tua erga litteras tam propensa voluntate, hæc, non quam debui, sed quam potui, bene sum præfatus, meo quodam iure excusor. ideoque haud metuo vetus conuicium, τέκτων ὢν οὐκ ἔπραττες ξυλουργικά. cum typographi, inter quos nomen meum profiteor, sint litterarum, & litteratorum omnium publici notarii, & ob id magnorum virorum laudes, qui numquam bene de Musis mereri desinunt, reticere non sine scelere possint. Quo in ordine cum tu iam multis annis fueris primipilus, & nulli virtute, sapientia, omni liberalium artium cognitione, & honore secundus; vel eo magis mihi compellandus

 vide-

videbare, quod tua potissimum opera hic liber in lucem prodeat. Cum enim huc, quæ tua est humanitas, ex urbe usque Roma ad quosdam homines sane doctos, eosque optimos viros, & tui observantissimos misisses, ut eius lectione, quæ te mirifica quadam voluptate perfuderat, fruerentur, re illi inter se deliberata uno ore omnes recte me facturum iudicarunt, si meis illum typis in gratiam studiosorum divulgarem; ea ratione futurum arbitrati, quod docti posthac veteres illos Virgilianorum operum Aristarchos minus sint desideraturi: ut Q. Octavium Avitum, qui Homæoteleutῶν octo voluminibus, quos, & unde versus poëta transtulerit, annotavit: ut Perellium Faustum, qui furta; Herennium, qui vitia Virgilii contraxere: vel Messium Arusianum, qui elocutionum Virgilianarum libellum composuit, & formulas loquendi poëtæ persequutus est. Quos priscos auctores cum multis aliis temporum iniuria perdidit. Sequutus sum itaque horum consilium, atque de republ. litteraria bene mereri cupiens, hoc Fulvii Vrsini opus insigne, studiosis omnibus communicavi. Id si auctore fortassis factum est invito, & ignorante, publicæ me utilitatis ratione excusatum iri confido. Neque vero adduci possum ut credam Fulvium invidia ductum hæc supprimere voluisse, sed singulari potius modestia & pudore impeditum ingenuo, prælo hactenus non commisisse, arbitror, ut fere semper solet optima quæque ingenia comitari timiditas & cunctatio. Nam omnes qui Roma veniunt, illius viri eruditionem, comitatem, & sinceram in communicandis iis, quæ partim ex antiquitatis tenebris eruit, partim longo usu & lectione observavit, facilitatem semper in ore habent. Quare spero, & mecum sperant omnes boni & docti, illum quæ habet plurima

 rima

rima, & minime vulgaria, non gravate post hac editurum, idque tanto facturum libentius, quod tua quotidie accedat cohortatio: qua ut currentem excitare pergas, etiam atque etiam communi litterarum & litteratorum nomine prorsus vehementer a te peto. Vale, & me tuæ amplitudini deditissimo quacunque tibi in re commodum videbitur, utere. Antverpiæ ex typographeio nostro III. *Idus Novemb. anno virginei partus* CIƆ. IƆ. LXVII.



PLANTINI PRAEFATIO.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

Non te latet, opinor, amice Lector, nos superioribus annis Virgilii opera, Manutii exemplar secutos, in lucem edidisse; cui hunc librum, in quo singularis Auctoris labor & industria plurimum elucescit, ut primum ex Italia, Illustrissimi Cardinalis Granvellani opera, ad nos transmissus est, iisdem typis, eademque magnitudine & forma parem excudere statim fuit animus, ut nimirum cuilibet loca, quæ Virgilius videtur æmulatus, ab ipso Fulvio huc adducta, numero paginarum versuumque in margine adscripto, primum quærenti in promptu esse possint. Cum enim, qui accuratius Maronem cum Græcis priscisque Latinis scriptoribus conferendum sibi proposuerit, velit nolit, ipsum vel huic Fulvio coniungat, vel memoriter longo usu, quod immensi profecto esset laboris, ediscat, necesse est: quid hoc libello potest inueniri aptius, præsentique instituto commodius? Quisquis igitur Latinorum omnium Poëtarum principis furta non contemnenda penitius perspicere velit; has egregias Vrsini lucubrationes perlegat. intelliget enim quam diligens antiquitatis ille fuerit observator; posteris, ni fallor, relinquere volens specimen prorsus imitandum; ut videlicet eiusmodi exemplo provocati, si in morem suorum maiorum electissimos quosque flosculos hinc inde excerpere, & accommodate in suum usum conferre studeant, ne ulla ratione deterreantur, nec id vitio vertendum sibi persuadeant: quippe cum omnes il-

lius

lius coætaneos id ipsum factitasse ex ipsorum scriptis deprehendere liceat, ita ut vel Horatius, qui solus illius rei testis esse potest, Græcis summam ingenii eloquentiæque laudem tribuens, dicere non dubitaverit:

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Musa loqui.

& alibi eos qui se ad studium poëtices conferunt adhortans,

— vos exemplaria Græca
Nocturna versate manu, versate diurna.

Quocirca (nam de priscorum scriptorum imitatione plura dicere, non est mei instituti) quoniam hoc opusculum quum primum ad manus nostras pervenit, humanioris litteraturæ candidatis non ingratum fore, amici, quibus, ut solemus, obiter percurrendum dederamus, omnes uno ore fatebantur, id nequaquam diutius differendum esse iudicantes: eo alacrius, ne tantum bonum longa & tædiosa procrastinatione supprimentes, tuis studiis iniuriam facere videremur, illud prælo committere properavimus. His fruere & vale.

ΓΕΡΑΡΤΟΥ ΦΑΛΚΕΠΥΡΓΕΙΟΥ ΝΕΟΜΑΓΕΩΣ

ἐπίγραμμα.

α Τίς βίβλος; β περὶ κλεπτοσύνης πέλει ἥδε Μάρωνος.
α Θαῦμα μέγ'. ἦ κλέπτης πάνσοφος ἔσκε Μάρων;
β Καὶ μάλα. σύλευσεν γὰρ Ὁμήρȣ, Ἡσιόδοιο,
Κηρίον ἐκ σίμβλων τȣ̃ τε Συρακοσίȣ.
α Πῆ κλέψας κἰ ἄφαντος; β ἐὴν εἰς πατρίδα γαίην,
κ' ἐκ μέλιτος μίξας θεῖον ἔτευξε ποτὸν,
Ὃν πάντες ῥοφέωσιν ὁμῶς νέοι ἠδὲ γέροντες,
Ὄλβια τῶν ἀρετῶν σπέρματ' ἀφυσσόμενοι.
α Εἰ μὲν ἔην κλέπτης, πῶς ȣ̓κ ἐκολάζετο; β τȣ̃το
Κλέμμα μόνον τιμῆς ἔλλαχεν ἀθανάτȣ.
Εὐδαίμων ὅςις κατὰ μοῖραν ἐπίκλοπός ἐςι,
Τῆςδε κλοπῆς κείνῳ εἰς ἔριν ἐρχόμενος.
α Τίς δ' ὅγε μηνυτής; β Οὐρσῖνος ἐὺς καὶ ἐχέφρων
Φȣ́λβιος, ᾧ Ῥώμη παμβασίλεια πατρίς.
α Τίς μισθὸν δώσει; β Μȣ̃σαι, ȣ̓ πολλὰ τάλαντα,
Ἀλλὰ κλέος χρυσȣ̃ κρεῖσσον ἀπειρεσίȣ.

Idem

Idem Latine redditum ab Honorio Hirecocomo.

[a] *Quis liber?* [b] *hoc magni numerantur furta Maronis.*
[a] Res nova. fur vates optimus ille fuit?
[b] *Fur fuit: Hesiodi namque est furatus, Homeri,*
Atque Syracusii dulcia mella senis.
[a] *Quo tandem tulit ista? Solum in natale, suisque*
Ex melle Ausoniis pocula grata dedit:
Quæ simulac siccant pariter iuvenesque, senesque,
Inclyta virtutum semina participant.
[a] *Si furatus erat, cur non punitus?* [b] *At illa*
Aeternum sequitur gloria furta comes.
O nimium felix, qui talia furta secutus
Andini equabit nobile vatis opus.
[a] *Quis furti est index?* [b] *Musis Vrsinus amicus,*
Cui patria est mundi maxima Roma caput.
[a] *Quis dabit indicium?* [b] *Musæ, non multa talenta,*
Sed melius censu divitiisque decus.

Ioan.

Ioan. Posthii Germ. Medici, ad Auctorem Epigr.


Magnus ab Elysia vates si sede rediret,
Qui cecinit Latiis arva, ducesque modis:
Atque tui inspiceret, Fulvi, monumenta laboris,
Cum docto æternum digna Marone legi:
Attonitus, puto, clamaret: qui talia scripsit,
Par fuit ingenio, par fuit arte mihi.

VIRGILIVS

COLLATIONE SCRIPTORVM GRAECORVM ILLVSTRATVS,

OPERA ET INDVSTRIA

FVLVII VRSINI.



BUCOLICORUM

ECLOGA I.



BUCOLICORUM] Non ſum neſcius, multa hoc loco de paſtoricii carminis inventore & poëtis, ex utriusque linguæ Scriptorum monimentis, cum a veteribus, tum a recentioribus notata eſſe. Illa igitur præcipue attingam, quæ omiſſa ab aliis eſſe videbuntur. Epicharmus ἐν ἀλκυόνι (utar autem Græca ipſa inſcriptione, ut dicam certius) & ἐν ὀδυσσεῖ ναυαγῷ, facit Diomi cuiusdam Siculi mentionem, quem τὰ βουκολικὰ primum inveniſſe tradit Athenæus lib. XIV. ἦν δὲ (inquit) καὶ τοῖς ἡγουμένοις τῶν βοσκημάτων ὁ βουκολιασμὸς καλούμενος. Διόμος δὲ ἦν ὁ βουκόλος Σικελιώτης, ὁ πρῶτος εὑρὼν τὸ εἶδος. Diodorus vero Siculus ἐν τοῖς μυθολογουμένοις, Daphnidi, illi nempe, qui Mercurii & Nymphæ filius fuit, id tribuere videtur. Itaque Theon Theocriti Scholiaſtes in edyllii primi explicatione ſcribit, καθὰ πρῶτος εὕρατο βουκολικὴν, cum de Daphnide agi-

quem μοίσαισι φίλον, hoc eſt, ut Virgilius ver-
tit, *Muſis amicum*, dixerat Theocritus. Theonis
autem eſſe commentarios illos, ex veteris auƈto-
ris libro, qui de etymologiis ſcripſit, cuius apud
me extat exemplum, in voce γριπεύς, facile in-
telligo. Quamvis fieri etiam poteſt, ut nonnulla
aliorum ſcholia (ut fit) in eum librum irrepſerint,
nec totus Theoni ſit inſcribendus. Hic vero
ipſe Scholiaſtes, Mnaſeam Patarenſem ἐν τῷ περὶ
εὐρώπης, ſive ut alii malunt, ἐν τοῖς εὐρωπιακοῖς,
ſcripſiſſe tradit, Πανὸς υἱὸν Βουκολίωνα, ἀφ' ȣ̃ καὶ τὸ
βουκολεῖν. Incertum tamen ſenſeritne Mnaſeas 2
de poëſi bucolica, an de paſcendis pecoribus.
Porro Steſichorum Himeræum id carminis pri-
mum apud Græcos compoſuiſſe, auƈtor eſt Ælia-
nus lib. x. περὶ ποικίλης ἱςορίας. quem conſecuti ſunt
Theocritus Syracuſanus, Bion Smyrnæus, &
Moſchus Siculus. At Bionis, præter ea fragmen-
ta, quæ apud Stobæum leguntur, nonnulla
etiam alia deprompſimus e veteri libro, qui in Far-
neſiana Alexandri Cardinalis bibliotheca ſerva-
tur: eſt autem Στωβαίȣ φυσικὰ inſcriptus. Quæ
certe cum nondum, quod ſciam, edita a quo-
quam fuerint, gratiam ab iis omnibus, qui anti-
quitatis ſtudio tenentur, initurum opinor, ſi in-
fra ſcripſero; eos autem verſus, cum corrupte
in ſcriptis libris legerentur, ita protuli, ut emen-
dari oportere exiſtimavi.

Εἴαρος, ὦ Μύρσων, ἢ χείματος, ἢ φθινοπώρȣ,
Ἠ̃ θέρεος, τί τοι ἀδὺ, τί δὲ πλέον εὔχεαι ἐλθεῖν;
Ἠ̃ θέρος, ἁνίκα πάντα τελείεται ὅσσα μογεῦμες;
Ἠ̃ γλυκερὸν φθινόπωρον, ὅτ' ἀνδράσι λιμὸς ἐλαφρά;
Ἠ̃ καὶ χεῖμα δύσεργον, ἐπεὶ καὶ χείματι πολλοὶ

Θαλ.

Θαλπόμενοι θέλγονται ἀεργίῃ τε καὶ ὄκνῳ;
Ἤτει καλὸν ἔαρ πλέον εὔαδεν; εἰπὲ, τί τοι φρὴν
Αἱρεῖται; λαλέειν γὰρ ἐπέτραπεν ἁ σχολὰ ἡμῖν,
Κρίνειν ὒκ ἐπέοικε θεήϊα ἔργα βροτοῖσι·
Πάντα γὰρ ἱερὰ ταῦτα καὶ ἁδέα   σεῦ δὲ ἕκατι
Ἐξερέω, Κλεόδαμε, τό μοι πέλεν ἅδιον ἄλλων.
Οὐκ ἐθέλω θέρος ἦεν, ἐπεὶ τόκα μ' ἅλιος ὀπτῇ·
Οὐκ ἐθέλω φθινόπωρον, ἐπεὶ νόσον ὥρια τίκτει·
Οὖλον χεῖμα φέρειν, νιφετὸν, κρυμὼς τε φοβεῦμαι.
Εἶαρ ἐμοὶ τριπόθατον ὅλῳ λυκάβαντι παρείη,
Ἁνίκα μήτε κρύος, μήθ' ἅλιος ἄμμε βαρύνει.
Εἴαρι πάντα κύει, πάντ' εἴαρος ἁδέα βλαστεῖ,
3 Χ'ἁ νὺξ ἀνθρώποισιν ἴσα, καὶ ὁμοίϊος ἀώς.

Eiusdem εἰς Ὑάκινθον fragmentum.

Ἀμφασίᾳ τὸν βίον ἔλεν τόσον ἄλγος ἔχοντα.
Δίζετο φάρμακα πάντα, σοφὰν δ' ἐπεβαίνετο τέχναν,
Χρῖεν δ' ἀμβροσίαν, καὶ νέκταρ, χρῖεν ἅπασαν
Ὠτειλάν· μοίραισι δ' ἀναλθέα φάρμακα πάντα.

Ecloga] Sic omnino legendum eſt, cum in vulgatis antea libris, corrupte, *ægloga*, ſcriptum eſſet. M. Tullius lib. XVI. epiſt. ad Atticum, eclogarios appellare videtur eos, quos in libris de Gloria disputantes induxerat. Licet autem locus ille ſit nonnullis ſuſpectus, eum tamen ipſum, quod valde facere a me putem, eo libentius recitabo. *De Gloria miſi tibi: cuſtodies igitur, ut ſoles: ſed notentur eclogarii, quos Salvius, bonos auditores nactus, in convivio duntaxat legat.* Illud etiam non erit fortaſſe a re alienum admonere libros Sermonum Horatii Flacci, in vetuſtis codicibus Vaticanæ bibliothecæ, non vulgata inſcriptione diſtinctos, ſed ita, ut pro SATYRA,

 ſi

ſi eorum fidem ſequi velimus, ECLOGA, ſubſti-
tuendum nobis ſit; nec enim Achilli Statio Lu-
ſitano, alioqui doctiſſimo viro, hac in parte, ut
aſſentiar, adduci poſſum, qui non a Poëta, quod
nec ego quidem contendo, ſed a recentioribus
Grammaticis, imperitisque librariis eam inſcrip-
tionem factam eſſe opinatur; nulloque alio ad id
probandum nititur argumento, niſi quod in ve-
teribus quibusdam libris, quos ipſe quidem vi-
derit, illam inſcriptionem non legerit. Quod
enim nonnulli antiqui Grammatici nusquam eius
vocis meminerint, id eo mihi minus fidem facit,
quod eos, nec uſitatis illis, POLLIO, SILENVS, GAL-
LVS, ceterisque huiusmodi inſcriptionibus, quæ
vulgo in optimæ notæ exemplaribus leguntur,
uſos eſſe video: ſed Virgilianos verſus, in Bu- 4
colicis tantum, vel Georgicis, plerumque ta-
men, nec illud ipſum addentes, citare paſſim
ſoleant: cum præſertim Servius & Donatus eru-
ditiſſimi inprimis Grammatici hanc ipſam vocem
non ſolum agnoſcant, ſed de eclogarum quo-
que numero plura ſcribant. Nec ſane dubitan-
dum eſt, eodem modo poni hic eclogam, quo
apud Theocritum *ἐν τοῖς βουκολικοῖς, εἰδύλλιον*,
eamque vocem a Latinis etiam receptam eſſe,
vel e Suevii apud Macrobium edyllio, quod
Moretum inſcribitur, perſpicere quivis poteſt.

℣. I. *Tityre*] De Tityris, præter ea quæ a Theone Theocriti interprete, & Strabone lib. X. narrantur, Ælianus quoque *ποικίλης ἱστορίας* libro III. ſcribit, *ὅτι οἱ συγχορευταὶ Διονύσου σάτυροι ἦσαν, ὑπ᾽ ἐνίων τίτυροι ὀνομαζόμενοι· ἔσχον δὲ τὸ ὄνομα ἐκ τῶν τερετισμάτων, οἷς χαίρουσι σάτυροι.* Ibid.

Ibid. *Patulæ fagi*] Theocritus edyll. XL.
—— σκιερὰν δ' ὑπὸ φαγόν. Sic etiam τανύφυλλος ἐλαία, Homero. Moſcho, βαθύφυλλος πλάτανος. Notum autem eſt illud M. Tullii in lib. I. de Orat. *Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis, quam illa, cuius umbram ſecutus eſt Socrates.* Moſchi Siculi poëtæ, quem ſupra nominavi, carmina ita apud Stobæum leguntur.

Αὐτὰρ ἐμοὶ γλυκὺς ὕπνος ὑπὸ πλατάνῳ βαθυφύλλῳ,
Καὶ παγᾶς φιλέοιμι τὸν ἐγγύθεν ἦχον ἀκέειν.

Utrum autem ad hos verſus reſpexerit Lucretius, affirmare non poſſum; idem certe huic, quod illi, in mentem venit, cum cecinit lib. II.

Propter aquæ rivum ſub ramis arboris altæ.

Eadem etiam ſunt poſtea uſi ſententia, Virg. in Culice,

5 *Rivum propter aquæ viridi ſub fronde latentem.*

Tibullus elegia I. lib. I.

Sed canis æſtivos ortus vitare ſub umbra
Arboris, ad rivos prætereuntis aquæ.

Horatius Ode I. lib. I.

—— *nunc viridi membra ſub arbuto*
Stratus, nunc ad aquæ lene caput ſacræ.

Ibid. *Sub tegmine*] Idem plane dixit Coluthus Thebanus in eo carmine, quod de Helenæ raptu compoſuit.

Ὡς ὁ μὲν ὑψιλόφοιο φυτῶν ὑπένερθε καλύπτρης,
Τηλόθεν Ἑρμάωνα διάκτορον εἶδε λιγαίνων.

Καλύπτρην hoc loco, idem valere, quod *tegmen*, nemo non videt.

Ibid. *Recubans*] Theocritus edyll. I.

Δεῦρ ὑπὸ τὰν πτελέαν ἑσδώμεθα.

ỷ. 2. *Silveſtrem Muſam*] hoc eſt, *τὸ βουκολικὸν* carmen & paſtoricium. Mnaſalces Sicyonius, vel ut alii, Platæenſis, in eo epigrammate, quo Venerem celebravit.

Α'δ' ἀγρία μοῦσα ἐν ὄρει νέμεται.

Coluthus Thebanus.

Α'γροτέρην καλάμων λιγυρὴν ἐδίωκεν ἀοιδήν.

Lucretius lib. v.

—— agreſtis enim tum Muſa vigebat.

& lib. IV. —— *cum Pan*

Pinea ſemicapri capitis velamina quaſſans,
Unco ſæpe labro calamos percurrit hiantes;
Fiſtula ſilveſtrem non ceſſat fundere Muſam.

Theocritus in epigrammate,

Δάφνις ὁ λευκόχρως ὁ καλᾷ σύριγγι μελίσσων
Βουκολικοὺς ὕμνους.

ỷ. 2. *Meditaris*] Athenæus lib. IV. *οὐ κακῶς δὲ καὶ Καφησίας ὁ αὐλητὴς, ἐπιβαλλομένου τινὸς τῶν μαθητῶν αὐλεῖν μέγα, καὶ τοῦτο μελετῶντος, πατάξας* 6
εἶπεν, οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ κείμενον, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα.

ỷ. 3. *Patriæ fines*] Euripides Ægeo,

Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα
Πολυξενοῦσθαι, γῆ δέ τις, πάτρας θ' ὅρος.

Ib. *Et dulcia linquimus arva*] Notum eſt Homericum illud in Odyſſea,

Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος Quod vertit M. Tullius in Orat. poſt redit. in Senat. *Qui patriam, qua nihil poteſt eſſe jucundius &c.*

℣. 4. *Nos patriam fugimus*] Hoc loquendi genus a Græcis fluxit, qui Φεύγειν πατρίδα, pro eo, quod *exulare* est, dicunt.

℣. 5. *Formosam Amaryllida*] Theocritus edyll. III.

Ω᾽ χαρίεσσ᾽ ἀμαρυλλί.

Ib. *Resonare doces*] Moschus in epitaphio Bionis.

Α᾽χὼ δ᾽ ἐν πέτρῃσιν ὀδύρεται, ὅττι σιωπῇ,
Κοὐκέτι μιμεῖται τὰ σὰ χείλεα. Verbum illud, *doces*, recte ad hoc, μιμεῖται, refertur, si quis utrumque locum accuratius aliquanto considerayerit. Horatius Carm. lib. I.

—— *cujus recinet jocosa*
Nomen imago,
Aut in umbrosis Heliconis oris,
Aut super Pindo, gelidove in Hæmo.

℣. 7. *Aram imbuet*] Theocritus in epigrammate,

Βωμὸν δ᾽ αἱμάξει κεραὸς τράγος. Catullus,
Sanguine hanc etiam mihi, sed tacebitis, aram
Barbatus linit hirculus, cornipesque capella.

Hos versus, cum antea mendosi circumferrentur, recte, ut mihi quidem videtur, emendavit vir doctissimus M. Antonius Muretus. Metri tamen ratio poscere videtur, ut scribatur, *hirculu'*.

Euripides Iphigenia in Aulide.

7 Η῾ς αἵματι βωμὸς ἐῤῥαίνετ᾽ ἄρδην τῆς θεοῦ.

Pausanias in Laconicis. καί σφισιν ἐπὶ τοῦτο γίνεται λόγιον αἵματι ἀνθρώπων τῷ βωμῷ αἱμάσσειν.

ỳ. 9. *Errare boves*] Theocriti versus est ex edyll. x.

Χαἰ μὲν ἅμα βόσκοιντο, καὶ ἐν φύλλοισι πλανῶντο.

ỳ. 10. *Ludere quæ vellem*] Horatius Ode IX. lib. IV.

Nec, si quid olim lusit Anacreon
Delevit ætas. Huiusmodi, opinor, lusus appellarunt Græci παίγνια: atque eius carminis scriptores, παιγνιογράφες: in quibus Philetas etiam ille Cous numeratur a Stobæo. Cuius quidem versus, quia in promptu sunt, non referam. Hoc tantum volui admonuisse, quod a Giraldo omissum manifesto videbatur. Livii quoque Andronici ex ἐρωτοπαιγνίων libris versus extant apud Antonium Augustinum Episcopum Ilerdensem, in fragmentis Latinorum poëtarum, quæ quidem ille perquam diligenter congessit.

ỳ. 10. *Calamo agresti*] Athenæus lib. IV. ὁ δὲ καλάμινος αὐλὸς, τιτύρινος καλεῖται παρὰ τοῖς ἐν Σικελίᾳ Δωριεῦσι, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἱςορεῖ ὁ Ἀριςοφάνειος ἐν δευτέρῳ περὶ Δωρίδος.

ỳ. 11. *Non equidem invideo*] Theocritus edyll. I.
Κοὔτι τοι φθονέω.

ỳ. 14. *Hic inter densas corylos*] Homerus,
—— ῥωπήϊα πυκνά. Pierius asserit in nonnullis pervetustis exemplaribus, *corulos*, scriptum inveniri. Est autem antiqua scriptura, ut in veteribus quoque nummis, SVLLA, & ERVC. Pro *Sylla*, & *Erycina*.

Ib. *Gemellos*] Hanc appellat Theocritus, αἶγα διδυματόκον in edyll. III.

ỳ. 15.

℣. 15. *Silice in nuda*] infra,

Quamvis lapis omnia nudus. Homerus in Odyss. ε.

8 —— *λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη.*

℣. 16. *Si mens non læva*] Sophocles Aiace,

Οὔποτε γὰρ φρενόθεν γ' ἐπ' ἀριστερὰ
Παῖ Τελαμῶνος ἔβας. Quo loco Scholiastes antiquus, *οἱ παλαιοὶ*, inquit, *ἀριστερὰ, τὰ μωρά· δεξιὰ δὲ, τὰ συνετὰ, εἶπον.*

℣. 17. *Tactas quercus*] Aristophanes *ἐν νεφέλαις*,

Ἀλλὰ τὸν αὑτοῦ γε νεὼν βάλλει,
Καὶ Σούνιον ἄκρον Ἀθηναίων,
Καὶ τὰς δρῦς τὰς μεγάλας.

℣. 19. *Da Tityre nobis*] Græci quoque ita loquuntur. Euripides *ἱκετίσιν*,

Πῶς οὖν ἂν εἴη τοὺς ὀλωλότας νεκροὺς
Θάψαι; δὸς ἡμῖν τοῖς θέλουσιν εἰσιδεῖν.

℣. 22. *Pastores ovium*] Porcius Licinus in epigrammate,

Custodes ovium, teneræque propaginis agnûm.
hunc versum eo adscripsi libentius, quod aliter legi in vulgatis libris video.

℣. 24. *Sic parvis componere magna*] Lib. IV. Georg.

Non aliter si parva licet componere magnis.
Sunt autem usi ea sententia, Herodotus lib. I. *ὡς εἶναι σμικρὰ ταῦτα μεγάλοισι συμβαλέειν.* Thucydides lib. IV. *ὡς μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσαι.* M. etiam Tullius eundem locum expressit in lib. de optimo

genere Orat. *Parva enim magnis ſæpe rectiſſime comparantur.* Et in Oeconom. lib. III. apud Lactant. *Vt magnis parva conſeramus.*

℣. 25. *Caput extulit*] Homerus, de Diana, Odyſſ. ζ.

Πασάων δ' ἥγε κάρη ἔχει, ἠδὲ μέτωπα.

℣. 29. *Candidior*] πολιοκρόταφος γέρων, Homero & Heſiodo. Eſt autem ſenectutis ὑποτύπωσις. Theocritus edyllio, quod inſcribitur, θυώνιχος.

—— ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα

Πάντες γηραλέοι, καὶ ἐπισχερὼ ἐς γένυν ἕρπει 9

Λευκαίνων ὁ χρόνος. Tyrtæus etiam in elegia apud Lycurgum,

Ἤδη λευκὸν ἔχοντα κάρη, λευκόν τε γένειον

℣. 31. *Amaryllis habet*] Genus loquendi acceptum a Græcis. Notum eſt enim illud Ariſtippi, ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι.

℣. 36. *Gravis ære*] Id a Catullo mutuatus ſine dubio videtur.

Meiſque pinguis agnus ex ovilibus
Gravem domum remittit ære dexteram.

℣. 37. *Amarylli vocares*] Quidam calamo notati libri habent *Galatea*, ut ad Mantuam referatur. Quæ lectio ſit recipienda nec ne, doctis viris judicandum relinquam.

℣. 40. *Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant*] non admodum diſſimile illud Theocriti in edyll. IV.

Ταὶ δαμάλαι δ' αὐτὸν μυκώμεναι ὧδε ποθεῦντι.

℣. 42. *Nec tam præſentes*] Terentius in Phormione,

Non

Non tu hunc habeas plane præsentem deum.

ỳ. 46. *Pascite, ut ante, boves*] Theocritus edyll. III.

——— βόσκε τὰς αἶγας.

Ibid. *Summittite tauros*] Theocritus edyll. IX.

Μόσχως βωσὶν ὑφέντες, ὑπὸ στείραισι δὲ ταύρως.

ỳ. 52. *Flumina nota*] Catullus,

Quem nunc tam longe non inter nota sepulchra.

hoc est, patria. Et ut Græci dicunt, πατρίους ταφάς.

ỳ. 53. *Fontes sacros*] Theocritus in edyllio, quod inscribitur βουκολιαστής.

——— ποταμοὶ θεῖον γένος. Et edyll. I.

——— ὐδ' Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ

Ib. *Frigus opacum*] Omnibus, opinor, notum Pythii Apollinis oraculo carmen editum.

Εἴκοσι ταῖς πρὸ κυνὸς, καὶ εἴκοσι ταῖς μετέπειτα,
Οἴκῳ ἐνὶ σκιερῷ, Διονύσῳ χρᾶσθαι ἰατρῷ.

Quod sane ita eleganter & argute vertit Gabriel Faernus:

Viginti ante canem, totidem post ordine luces,
Vmbrosæ intra septa domus medico utere Baccho.

ỳ. 56. *Susurro*] Theocrito est, ψιθύρισμα in edyllio I.

ỳ. 57. *Frondator*] Catullus,

Non falx attenuat frondatorum arboris umbram.

Theocritus edyll. V.

Τὸν δρυτόμον βωστρήσομες, ὃς τὰς ἐρείκας
Τὰς παρὰ τὶν ξυλοχίσδεται. Scio autem aliud

va-

valere vocem *frondator*, nec illi, δρυτόμον, plane respondere.

ỳ. 59. *Nec gemere*] Illud Theocriti expressit ex edyll. VIII.

—— ἔςενε δὲ τρυγών. Turturis fabulam, cur gemere dicatur, recitat Longus ἐν ποιμενικοῖς

Ib. *Aëria ulmo*] Theocritus edyll. v.

—— ταὶ δ' ἐπὶ δένδρῳ
Ὄρνιχες λαλαγεῦντι.

ỳ. 60. *Ante leves*] Huic sententiæ non dissimilis admodum videtur illa Ennii.

Atque prius pariet locusta lucam bovem.

Eodem respicit & Herodoti e Terpsichore locus. ἢ δὴ ὅτε οὐρανὸς ἔςαι ἔνερθε τῆς γῆς, καὶ ἡ γῆ μετέωρος ὑπὲρ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οἱ ἄνθρωποι νομὸν ἐν θαλάσσῃ ἕξουσι, καὶ οἱ ἰχθύες τὸν πρότερον ἄνθρωποι.

Philippus quoque in epigrammate.

Οὐρανὸς ἄςρα τάχιον ἀποσβέσει, ἢ τάχα νυκτὸς
Ἠέλιος φαιδρὴν ὄψιν ἀπεργάσεται.
Καὶ γλυκὺ νᾶμα θάλασσα βροτοῖς ἀροτήσιμον ἕξει,
Καὶ νέκυς εἰς ζώων χῶρον ἀναδράμεται.

Jucunde etiam admodum Critias apud Athe- 11
næum lib. XIII.

Οὔποτέ σου Φιλότης γηράσεται, οὐδὲ θανεῖται
Ἔς' ἂν ὕδωρ οἴνῳ συμμιγνύμενον κυλίκεσσι
Παῖς διαπομπεύσει. Propertius,

Fluminaque ad caput incipient revocare liquores,
Aridus & sicco gurgite piscis erit.

Virgilius in Diris,

Dulcia amara prius fient, & mollia dura.

& paulo post:

Quamvis ignis ero, quamvis aqua, semper amabo.

quo versu interpretatus est Homericum illum in Il. ή.

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

Ad quem etiam sine dubio respexisse videtur Tibullus lib. 1.

Muneribus meus est captus puer, at deus illa
In cinerem, & liquidas munera vertat aquas.

Propertius lib. 2.

Quæ tibi terra velim, quæ tibi fiet aqua.

Libet autem hoc loco recitare verba eius, quisquis est, qui Aratum explicuit, cuius exemplar antiquæ sane notæ extat in bibliotheca Vaticana. ὁ μὲν οὖν ἀὴρ. ὑπὸ τοῦ πυρὸς συνέχεται. τὸ δὲ πῦρ μετὰ τοῦ ἀέρος τὰ πάντα. διὸ τοῦτο καὶ Ὅμηρος, ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε, οὐχ ὥς τινες, κατάραν τοῖς στρατιώταις κατηράσατο, ἀλλὰ τὸν ὄκνον εἰδὼς ἐκ τῶν βαρυτάτων ὄντα στοιχείων, τὴν βαρύτητα αὐτῷ ὀνειδίζει. ἐπεὶ δὲ συμμεμίχθαι τῷ ὕδατι τὴν γῆν φαμὲν, τυχὼν ἀμφοτέρων ποίημα ἦν ὁ ἄνθρωπος. Ἡσίοδος.

Γαῖαν ὕδει φύρειν ἐν δ' ἀνθρώπου θέμεν αὐδήν. καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ μῦθος προμηθεύς. Videndus etiam Plutarchi locus in Homeri vita, quo Homeri versum ita sane explicat, ut illa eius interpretatio mirifice hic quadret.

12 ℣. 60. *Leves cerui*] Allusit fortasse πρὸς τὸ ἔτυμον: ἐλαφοὺς enim, quasi ἐλαφροὺς, dictos existimant.

℣. 63. *Ararim*] Non vulgata de Arari leguntur apud Plutarchum in libro περὶ ποταμῶν.

℣. 65. *Sitientes Afros*] διψηροὺς Herodoto.

℣. 66. *Et rapidum Cretæ veniemus Oaxem*] Faciunt

ciunt ad hunc locum Apollonii verſus, qui leguntur in primo Argonauticorum,

Δάκτυλοι ἰδαῖοι κρηταέες, οὕς ποτε νύμφη
Ἀγχιάλη δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρησιν
Δραξαμένη γαίης οἰαξίδος ἐβλάστησε.

℣.70. *Ariſtas*] Eadem figura uſi ſunt nonnulli, cum Græci tum Latini poëtæ, qui & ſolem pro die, eodem modo plerumque dixere. Rhianus ὁ βηναῖος ἐν τοῖς ἔπεσι apud Pauſaniam.

Οὔρεος ἀργεννοῖο περὶ πτύχας ἐστρατόωντο
Χείματά τε ποίας τε δύο, καὶ εἴκοσι πάσας.

Diodorus in epigrammate lib. III.

——— εἴκοσι ποίας
Μοῦνον ἐπεὶ βιότου πλήσαο καὶ πίσυρας

Theon in Theocritum: ποίαν δὲ ἴσως τὸν πυρὸν κατ' ἐξοχὴν, ἀφ' οὗ καὶ τὸν ἐνιαυτὸν ποίαν ἐκάλεσαν. Sophocles etiam ἀροτὸν pro anno aliquando poſuit. Quemadmodum Catullus, *meſſem*, in eo carmine, quo Cinnæ Smyrnam celebravit. Quin illud etiam, quoniam in Cinnæ mentionem incidimus, adiicere non erit fortaſſe ſupervacaneum, verſus illos

Hæc tibi Arateis multum invigilata lucernis
Carmina, queis ignes novimus aërios.

ſive ut alii malunt, *æthereos*, videri ſumptos ex eo epigrammate, quod Callimachus in Aratum fecerat. Quod certe, cum nondum, quod ſciam, in lucem venerit, eo cupidius ſubiiciam.

Ἡσιόδου τὸ δ' ἄεισμα, καὶ ὁ τρόπος οὐτὸν ἀοιδοῦ 13
Ἔσχατον ἀλλ' ὁ καὶ σωμὴ τὸ μελιχρότατον
Τῶν ἐπέων ὁ σολεὺς ἀπεμάξατο. χαίρετε λεπταὶ
Ῥήσιες Ἀρήτου σύγγονοι ἀγρυπνίης.

Sed priorum verſuum ſcriptura adeo mendoſa in vetu-

ſto

ſto exemplari circumfertur, ut quæ ſit eorum ſententia, divinare facilius poſſim, quam intelligere. Illud tantum affirmare poſſum, videri mihi Callimachum voluiſſe ſignificare, Aratum Heſiodi ſuavitatem illam in carminibus expreſſisſe, quem fuerat imitatus. Quod ex Achille etiam Arati enarratore, apud quem epigramma legitur, intelligi poteſt. Placet autem Octavio Pantagatho, ut pro ὐτὸν, οὗτος, & pro ὃ καὶ σω μὴ τὸ, legatur ὦ ζεῦ ἆσμα. Apud eundem quoque Achillem aliud elegantiſſimum Ptolemæi extat epigramma, nondum etiam a quoquam impreſſum, quod, ut legi oportere arbitror, ita ſane adſcribam. Dabunt autem, opinor, lectores veniam; ſi a re propoſita paulisper digrediar.

Πάνθ' Ἡγησιάναξ τε καὶ Ἕρμιππος κατὰ αἴθραν
Τείρεα, καὶ πολλοὶ ταῦτα τὰ Φαινόμενα.
Βίβλοις ἐγκατέθεντο· σκοποῦ δ' ἀπὸ πάντες ἅμαρτον.
Ἀλλάγε λεπτολόγος σκῆπτρον Ἄρατος ἔχει.

ỳ.72. *En quo diſcordia*] Homerus Il. ρ'.
ὡς ἔρις ἔκτε θεῶν, ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο.

ỳ.74. *Ordine vites*] ex Homeri Odyſſ. ώ.
— ὄρχυς δέ μοι ὧδ' ὀνόμηνας. Paulo poſt:
— ἔνθά δ' ἀνὰ ςαφυλαὶ παντοῖαι ἔασιν.

ỳ.76. *Non ego vos poſthac*] Theocritus edyll. I.
χαίρεθ' ὁ βωκόλος ὔμμιν ἐγὼ Δάφνις ὐκέτ' ἀν' ὕλαν,
ὐκέτ' ἀνὰ δρυμὼς, οὐκ ἄλσεα.

ỳ.77. *De rupe*] Theocritus edyll. x.
Αἴψ κόμαρον τρωγοίσας ἀπὸ σκοπιᾶς ἐτίναξε.

14 ỳ.80. *Hic tamen hac mecum*] Non dubito quin

quin exprimere voluerit locum illum Theocriti in Cyclope,

Ἅδιον ἐν τ' ὤντρῳ παρ' ἐμὶν τὰν νύκτα διαξεῖς.

ỷ. 81. *Fronde super viridi*] Theocritus edyll. v.

Ἔντε νεοτμάτοισι γεγαθότες οἰναρέοισι.

& in epigrammate:

Εὕδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ Δάφνι.

ỷ. 82. *Castaneæ molles*] Aliter Nicandri in Alexipharmacis, recentes castaneas significavit.

Καί τε σὺ γυμνώσειας ἐΰτρεφέος νέα τέρφη
Κασηνῦ καρύοιο ταχυφλοίοιο κάλυμμα.

ỷ. 83. *Fumant*] Homerus in Odyss. κ'.

Καπνὸν δ' οἶον ὁρῶμεν ἀπὸ χθονὸς ἀΐσσοντα.

Scio illum Virgilii versum non esse ex hoc Homerico expressum. Habet tamen, si quis utrumque comparet, aliquid simile.

ECLOGA II.

ỷ. 1. *FOrmosum*] Huius eclogæ argumentum videri potest aliqua ex parte sumptum e Theocriti Comaste.

Ib. *Formosum Alexin*] Sic etiam Theocritus καλὸν Ἄδωνιν dixit in edyll. XXIII.

Ib. *Pastor Corydon*] Δάφνις ὁ βωκόλος, Theocrito in edyll. I.

Ib. *Ardebat*] Eadem Metaphora dixit Moschus,

ὡς ἀχὼ τὸν Πᾶνα, τόσον σάτυρος φλέγεν ἀχώ.

Ho-

Horatius Carm. lib. III. Ode IX.

Donec non alia magis arsisti.

℣.2. *Delicias domini*] Athenæus lib. XIII. καὶ γὰρ τὸ παλαιὸν παίδων ἥρων, ὡς καὶ Ἀριστοφῶν ἔφη, καὶ καλεῖσθαι τοὺς ἐρωμένους συνέβη τὰ παιδικά. M. Tullius in oratione pro Cœlio. *Amores autem, & hæ, quæ deliciæ appellantur.* Thucydides etiam libro I. Argilium quendam Pausaniæ παιδικὰ appellat. παιδικὰ ὢν αὐτοῦ καὶ πιστότατος ἐκείνῳ. Pythernus Ephesius in VII. historiarum. Καὶ Θεμίσων δὲ ὁ Κύπριος τὰ Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως παιδικά. Aspasia Milesia in carminibus. εἰ βούλει ἔχειν εὖ τὰ παιδικά.

℣.4. *Ibi hæc incondita solus*] Theocritus in Cyclope,

—— καθεζόμενος δ' ἐπὶ πέτρας
Ὑψηλᾶς, ἐς πόντον ὁρῶν, τοιαῦτα ἄειδεν.

℣.6. *O crudelis Alexi*] Tale illud Theocriti in edyll. III.

Ὦ τὸ καλὸν ποθορῶσα, τὸ πᾶν λίθος. ——

Bion quoque in Bucolicis Galateam, ἀπηνέα, dixit.

Ibid. *Nihil mea carmina curas*] Hunc locum non imitatus modo, sed plane interpretatus e Theocrito videtur in edyll. II.

—— ὁ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιεῖ.

Illud etiam non dissimile in Cyclope,

—— τὶν δ' οὐ μέλει οὐ μὰ Δί' οὐδέν.

&

Ὦ λευκὰ Γαλάτεια τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ;

ỷ. 7. *Mori me denique cogis*] Theocritus in edyll. III.

— ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς.

ỷ. 8. *Nunc virides*] Totus hic locus sumptus est ex edyll. II. Theocriti,

Σιμιχίδα, πᾶ δὴ τὸ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις;
Ἁνίκα δὴ καὶ σαῦρος ἐφ' αἱμασιαῖσι καθεύδει·
Οὐδ' ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλίδες ἠλαίνονται.

ỷ. 10. *Thestylis & rapido fessis messoribus æstu*] Video fuisse, qui hæc verba ita interpretati sunt, ut eorum sententiam ad versum illum Homericum in Iliad. σ'. referre voluerint,

— αἱ δὲ γυναῖκες 16
Δεῖπνον ἐρίθοισιν λεύκ' ἄλφιτα πολλὰ πάλυνον.

Nam Servii, aliorumque recentiorum interpretatio, quid sibi velit, illi viderint, qui eam sequuntur. Mihi quidem mirifice hunc ipsum locum illustrare videtur, quod in Theriacis scribit Macer, seu quis alius eius libri auctor. Loquitur autem de Serpillo.

Nidor combusti serpentes effugat omnes,
Et quodvis animal infundens ore venenum.
Hoc ideo miscere cibis messoribus est mos,
Vt si forte sopor fessos depresserit illos,
Vermibus a nocuis tuti requiescere possint.

Nicander etiam in Theriacis,

Ἠὲ σὺ γ' ἕρπυλλον κεροειδέα πολλάκι κρῆθμον.

Idem quoque de allio tradit Macer in eod. lib.

— *mansum vel inunctum*
Curat, quos serpens, vel scorpius intulit ictus:
Et nocui vermes tuti pelluntur odore.

ỷ. 10. *Fessis*] eodem modo locutus est ecloga IV.

Qua-

Quale ſopor feſſis in gramine.
& Aeneid. IV.
— *& placidum carpebant feſſa ſoporem*
Corpora per terras.

ỷ. 13. *Sole ſub ardenti*] Catullus in epithalamio.
Sole ſub ardenti flaventia demetit arva.

Ibid. *Reſonant arbuſta cicadis*] Heſiodus ἐν ἔργοις,
——— ἠχέτα τέττιξ
Δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ᾽ ἀοιδήν.
Theocritus edyll. VIII.
Τοὶ δὲ ποτὶ σκιεραῖς ὀροδαμνίσιν αἰθαλίωνες
Τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον.

ỷ. 18. *Alba liguſtra cadunt*] Sunt hoc loco, qui
17 velint reſpexiſſe Virgilium ad illam Theocriti ſententiam, quæ habetur ἐν ἐραςῇ.
Καὶ τὸ ῥόδον καλὸν ἐςὶ, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει.
Καὶ τὸ ἴον καλόν ἐςιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ.
Λευκὸν τὸ κρῖνον ἐςὶ, μαραίνεται ἁνίκα πίπτει.
Α᾽ δὲ χιὼν λευκὰ, καὶ τάκεται ἁνίκα παχθῇ.
Καὶ κάλλος καλόν ἐςι τό παιδικὸν, ἀλλ᾽ ὀλίγον ζῇ.
Vel ad hanc ἐν ὀαριςῦι.
Μὴ καυχῶ, τάχα γάρ σε παρέρχεται ὡς ὄναρ ἥβη.
Α῾ ςαφυλὶς ςαφίς ἐςιν καὶ ῥόδον αὖον ὀλεῖται.
quo ſpectat etiam epigramma illud,
Εἰ κάλλει καυχᾷ, γίνωσκ᾽ ὅτι καὶ ῥόδον ἀνθεῖ,
Α᾽λλὰ μαρανθὲν ἄφνω σὺν κοπρίοις ἐρίφη.
quod imitati videntur Nemeſianus in Bucolicis,
Reſpice me tandem puer o crudelis Iola;
Non hoc ſemper eris: perdunt & gramina flores,
Perdit ſpina roſas, nec ſemper lilia candent.
Virgilius,

Collige virgo roſas.

Horatius Carm. lib. IV.

O crudelis adhuc & Veneris muneribus potens.

& quæ ſequuntur. Mihi vero neſcio quo pacto veriſimilius fit, expreſſiſſe verſus illos Theocriti in edyll. X.

Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐςὶ, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος,
Ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς ςεφάνοις τὰ πρῶτα λέγονται.

quos ſi quis accuratius aliquanto conferat, animadvertet non modo eorum ſententiam mutuatum eſſe, ſed Latine plane reddidiſſe.

ỳ. 19. *Deſpectus tibi ſum*] Theocritus edyll. III.
—— ἦρά με μισεῖς. & in Cyclope.
Γινώσκω χαρίεσσα κόρα τίνος ὥνεκα φεύγεις.

ỳ. 20. *Quam dives pecoris*] Theocritus in Cyclope,

Ἀλλ' ὡυτὸς τοιοῦτος ἐὼν βοτὰ χίλια βόσκω,
Κἠκ τούτων τὸ κράτιςον ἀμελγόμενον γάλα πίνω. 18
Τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ,
Οὐ χειμῶνος ἄκρῳ.

ỳ. 20. *Nivei quam lactis*] Sunt qui vocem *nivei*, ad illam, *pecoris*, referant; male. Tibullus,

Et nivei lactis pocula mixta mero.

Athen. lib. II. Κλέαρχος φησὶ τὸ μὲν ὕδωρ ὥσπερ καὶ τὸ γάλα, λευκὸν λέγεσθαι. οἶνον δὲ, καθάπερ καὶ τὸ νέκταρ, ἐρυθρόν.

Cratinus ἐν ὀδυσσεῦσιν.

Ἔσθε πανυμέριος χορταζόμενος γάλα λευκόν.

M. Varro in Satyra Andabata, ſeu Andabatæ, ſi modo illa inſcriptio mendo vacat,

Candidum lacte papilla cum fluit, ſignum putant partuis:

Quod

Quod hic ſequatur mulierem e partu liquor.

Eſt autem locus Ariſtotelis e I. Rhetoricorum. τὸ δὲ, οἷον εἴτις εἴποιεν σημεῖον, ὅτι νοσεῖ, πυρέττει γὰρ, ἢ τέτοκεν, ὅτι γάλα ἔχει, ἀναγκαῖον ὅπερ τῶν σημείων τεκμήριον μόνον ἐςι. Cæcilius in Titthe.

Præſertim quæ non peperit, lacte non habet.

℣. 23. *Canto, quæ ſolitus, ſi quando armenta vocabat*] Expreſſit locum Theocriti in Cyclope,

— ἁδὺ δέ μοι τὸ μέλισμα.

Pauſanias Bœoticis. ὁ δὲ τὰ ἔπη τὰ εἰς Εὐρώπην ποιήσας, φησὶν, Ἀμφίονα χρήσασθαι λύρᾳ πρῶτον Ἑρμȣ̃ διδάξαντος. πεποίηκε δὲ καὶ λίθων καὶ θηρίων, ὅτι καὶ ταῦτα ᾄδων ἦγε.

℣. 24. *Amphion Dircæus*] De Amphione non vulgata Pauſanias in Corinthiacis & Bœoticis. Propertius.

Prata cruentantur Zethi, victorque canebat
Pæana Amphion rupe Aracynthe tua.

De *Aracyntho*, Stephanus in voce Ἀράκυνθος, ὄρος, inquit, Βοιωτίας, ἀφ' οὗ Ἀθηνᾶ Ἀρακυνθία. mihi
19 quidem non placet, quod ſcribit Vibius Sequeſter. *Aracynthus in Attica; quidam in Arcadia dixerunt.* Euſtathius etiam in Dionyſium Ætoliæ montem eſſe Aracynthum tradit. Sed hoc, nihil ad id, de quo agimus. Ego certe opinor, *actæo*, dictum pro παραθαλασσίῳ. Sic etiam *Actæam* aliquando *Acticam* appellatam ἀπὸ τῆς ἀκτῆς, indeque *Atticam* dictam vetus Auctor Etymologiarum arbitratur, qui & Callimachi hemiſtichium adducit, ἀκταίη τις ἔναιεν. Mirum autem non eſt, Virgilium *actæo*, pro παραθαλασσίῳ dixiſſe, cum alibi, *actam*, pro ipſo etiam litore, dixerit.

 ℣. 25.

℣. 25. *Nec ſum adeo informis*] Locus e Theocrito expreſſus, ex edyll. VI.

Καὶ γὰρ θὴν ἐδ' εἶδος ἔχω κακὸν, ὥς με λέγοντι,
Ἦ γάρ πρὰν ἐς πόντον ἐσέϐλεπον. ἦν δὲ γαλάνα,
Καὶ καλὰ μὲν τὰ γένεια.

Callimachus *εἰς λουτρὰ Παλλάδος*,

Οὐ δ' ἐς ὀρείχαλκον μεγάλα θεὸς, ἐ δὲ Σιμῦντος
Ἔϐλεψεν δίναν ἐς διαφαινομέναν.

In hanc etiam ſententiam apud Calpurnium Siculum legitur in Bucolicis verſus,

Fontibus in liquidis quoties me conſpicor ipſe.

& apud Nemeſianum,

Quin etiam fontis ſpeculo me mane notavi.

℣. 26. *Cum placidum ventis ſtaret mare*] Theocritus in Cyclope,

Ποιμαίνειν δ' ἐθέλεις σὺν ἐμὶν ἅμα, καὶ γάλ' ἀμέλγειν,
Καὶ τυρὸν πᾶξαι.

℣. 32. *Pan primus calamos*] Euripides Iphigenia Tauric.

Συρίζων δ' ὁ κηροδέτας
Κάλαμος ὐρείε Πανός.

Bion in Bucolicis,

Ὥς δ' εὗρε πλαγίαυλον ὁ Πὰν, ὡς αὐλὸν Ἀθάνα.

Athenæus lib. IV. *Μητρόδωρος δ' ὁ Χῖος ἐν Τρωϊκοῖς* 20
σύριγγα μέν φησι Μαρσύαν, καὶ αὐλὸν ἐν κελαιναῖς, τῶν πρότερον ἑνὶ καλάμῳ συριζόντων. Εὐφορίων δὲ ὁ ἐποποιὸς ἐν τῷ περὶ μελοποιῶν, τὴν μονοκάλαμον σύριγγα Ἑρμῆν εὑρεῖν. τινὰς δὲ ἱςορεῖν Σεύθην καὶ Ῥωνάκην τοὺς Μήδες. τὴν δὲ πολυκάλαμον, Σιληνόν. Μαρσύαν δὲ, τὴν κηρόδετον.

℣. 34. *Nec te pæniteat calamo triviſſe*] Ariſtophanes *Δαιταλεῦσιν.*

Ὅςις

Ὅςις δ' αὐτὴν αὐλοῖς, καὶ λύραις, κατατέτριμμαι
χρώμενος.

Id vero de manu intelligendum eſt, ut apud Tibullum,

Aut operi inſuetas attenuaſſe manus.

ỷ. 36. *Eſt mihi diſparibus*] Theocritus edyll. VIII.

Σύριγγ' ἂν ἐπόησα καλὰν ἐγὼ ἐννεάφωνον.

ỷ. 37. *Dono mihi quam dedit*] Theocritus edyll. IV.

Δῶρον ἐμίν νιν ἔλειπεν.

Et edyll. V.

Τὰν ποίαν σύριγγα;

Paulo poſt:

Τὰν μοι ἔδωκε Λύκων.

ỷ. 40. *Præterea duo*] quin totus hic locus fuerit e Theocrito ſumptus, non ſane admodum dubito. Eius verſus e Cyclope ſunt.

—— τρέφω δέ τοι ἕνδεκα νεβρὼς,
Πάσας ἀμνοφόρως, καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων.

& in edyll. III.

Ἦ μάν τοι λευκὰν διδυματόκον αἶγα φυλάσσω,
Τάν με κ' ἁ μέρμνωνος ἐρυθακὶς ἁ μελανόχρως
Αἰτεῖ, καὶ δωσῶ οἱ ἐπεὶ τύ μοι ἐνδιαθρύπτῃ.

ỷ. 45. *Huc ades*] Theocritus in Cyclope,

Ἀλλ' ἀφίκευ τυ ποτί με.

ỷ. 47. *Pallentes violas & ſumma papavera carpens.*] Theocritus in epithalamio Helen.

Ὦ καλὰ, ὦ χαρίεσσα κόρα. τὺ μὲν οἰκέτις ἤδη,
Ἄμμες δ' ἐς δρόμον ἦρι καὶ ἐς λειμώνια φύλλα
21 Ἕρψευμες, ςεφάνους δρεψεύμεναι ἁδὺ πνέοντας.

Ib. *Summa papavera carpens*] Theocrit. in edyll. II.

—— ἔφερον δέ τοι ἢ κρίνα λευκὰ

Ἢ μάκων ἁπαλὰν ἐρυθρὰ πλαταγῶνι ἔχοισαν.

ỳ.48. *Narcissum*] Moschus in Europa,

Ἢ μὲν νάρκισσον εὔπνοον.

Ib. *Bene olentis anethi*] εὐώδεος, Theocrito in edyll. IV. & edyll. VII.

—— ἀνήθινον ἢ ῥοδόεντα,

Ἢ καὶ λευκοΐων ςέφανον περὶ κρατὶ φυλάσσων.

ỳ.51. *Cana mala*] Theocrito μῆλα χνοάοντα, in epigrammate. Et Zonas lib. VI. epigr.

—— καὶ ἀρτίχνουν τό δε μῆλον.

Philippus,

Μῆλόνθ' ἡδύπνουν λεπτῇ πεποκωμένον ἄλμῃ

ỳ.54. *Et vos o lauri carpam*] Theocritus in epigrammate,

Δάφναις καὶ μύρτοισι καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ

ỳ.56. *Rusticus es Corydon*] Non dissimile illud Theocriti in edyll. XXIV.

Βωκόλος ὢν ἐθέλεις με κύσαι τάλαν, ὃ μεμάθηκα
Ἀγροίκως φιλέειν, ἀλλ' ἀςυκὰ χείλεα θλίβειν.

ỳ.58. *Eheu quid volui misero mihi*] Tale illud Theocriti in edyll. III.

Ὤμοι ἐγὼ τί πάθω;

ỳ.60. *Quem fugis*] Theocritus in edyll. III.

Φεύγεις δ' ὥσπερ ὄϊς πολιὸν λύκον ἀθρήσασα.

Ib. *Habitarunt dii quoque sylvas*] Theocritus in edyllio VIII.

Ὡς πρωτεὺς φώκας καὶ θεὸς ὢν ἔνεμε.

ỳ.61. *Pallas quas condidit arces*] Catullus,

Diva quibus retinens in summis urbibus arces.

Itaque a Pindaro & Callimacho πολιοῦχος appellatur.

22 tur. Phurnutus etiam, ita de Pallade, ἵδρυται δὲ ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι μάλιςα.

℣.63. *Torva leæna lupum ſequitur*] Admodum jucunda gradatio e Theocriti edyllio x. ſumpta,

Ἁ αἲξ τὸν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει,
Ἁ γέρανος τ᾽ ὤροτρον, ἐγὼ δ᾽ ἐπὶ τὶν μεμάνημαι.

Ib. *Torva leæna*] βλοσυρὸς λέων, Homero, & χαροπός.

℣.64. *Florentem cytiſum*] Nicandri interpres in Theriac. Ἀρχίλοχος φησὶ τὸν κύτισον φυτὸν ὠφέλιμον τοῖς θρέμμασιν, ὅτι πλῆθος γάλακτος ποιεῖ.

℣.65. *Trahit ſua quemque voluptas*] Non admodum abſimilis illa Homerica ſententia in Odyſſ. ξ'.

Ἄλλος γὰρ τ᾽ ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

Euripides Oeneo,

Ἀλλ᾽ ἄλλος ἄλλοις μᾶλλον ἥδεται τρόποις.

Archilochus,

Ἀλλ᾽ ἄλλος ἄλλῳ κραδίην ἰαίνεται.

Archeſtratus,

Χαίρει γὰρ ὁ μὲν τούτοις, ὁ δὲ ἐκείνοις.

Sed multa huiusmodi exempla cum e Græcis, tum e Latinis poëtis colligere, nihil negotii fuerit.

℣.66. *Aratra jugo referunt ſuſpenſa juvenci*] Homero, βουλυτὸς, eſt.

℣.68. *Me tamen urit amor*] Ibycus,

Ἐμοὶ δ᾽ ἔρως οὐδεμίαν κατάκοιτος ὥραν,
Ὑπὸ ςεροπᾶς τε φλέγων.

Sappho,

Ἔρως δ᾽ αὖτε μ᾽ ὄλλυσι μελίσδων.

Vel ut in quibusdam codicibus,

Ἔρος δ᾽ αὖτ᾽ ἐμὸς λυσιμελὴς δονεῖ,
Γλυκύπικρον ἀμήχανον ἑρπετόν.

Illud autem *γλυκύπικρον* referri poteſt ad Catulli carmen,

Quæ dulcem curis miſcet amaritiem.

alibi etiam,

— *curis hominum qui gaudia miſces.* 23

Theocritus edyll. VII.

— *θερμὸς γὰρ ἔρως αὐτῷ με καταίθει.*

Anacreon,

Μεγάλῳ δ᾽ ἠὖτε μ᾽ ἔρως
Ἔκοψεν ὥςε χαλκεὺς πελέκει.

♆.69. *Ah Corydon Corydon*] Locus ſumptus e Theocriti Cyclope.

Ὦ Κύκλωψ Κύκλωψ, *πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;*

& edyll. II.

Θέςυλι δειλαία, πᾷ δὴ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;

Sophocles Oedip.

Τίς σ᾽ ὦ τλάμων προσέβα μανία.

♆.70. *Semiputata tibi frondoſa vitis*] D. Ambroſius in epiſtola ad Simplicianum. *Reciſa enim vinea fructum affert: ſemiputata frondeſcit; neglecta luxuriat.*

♆.71. *Quin tu aliquid ſaltem potius*] Theocriti locum vel expreſſit, vel certe adumbravit. Ait enim in Cyclope.

Αἴκ᾽ ἐνθὼν ταλάρως τε πλέκοις, καὶ θαλλὸν ἀμάσας
Τοῖς ἄρνεσσι φέροις.

& edyll. I.

Αὐτὰρ ὅγ᾽ ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν,
Σχοίνῳ ἐφαρμόσδων.

♆.73.

ỷ. 73. *Invenies alium si te hic fastidit Alexis*] Versum hunc e Theocrito sumptum quis non videt? eius versus e Cyclope est,

Εὑρήσεις Γαλάτειαν ἴσως καὶ καλλίον' ἄλλαν.

Rufinus in epigrammate,

—— μὴ κλαῖε τέκνον, χ' εὑρήσομεν ἄλλον,
Μηκέτι τὸν βλάπτειν εἰδότα, μὴ δὲ δέρειν.

ECLOGA III.

ỷ. 1. *DIc mihi Damœta*] Locus hic translatus est ex illo Theocriti in edyll. IV.

24 Εἰπέ μοι ὦ Κορύδων, τίνος αἱ βόες· ἦ ῥα Φιλώνδα;
κο. Οὐκ, ἀλλ' Αἴγωνος· βόσκεν δέ μοι αὐτὰς ἔδωκεν.

Totius autem eclogæ argumentum videri potest sumptum e Theocriti Batto, & Eucoliastis.

ỷ. 3. *Infelix o semper ovis pecus*] Theocritus edyll. IV.

Δειλαῖαι γ' αὖται, τὸν βωκόλον ὡς κακὸν εὗρον

Ib. *Neæram*] Homerus Odyss. μ'. Δῖα Νέαιρα. Timoclis *Neæram* citat Athenæus lib. XIII. quam forte C. Licinius Imbrex imitatus est in ea comœdia, quam *Neæram* inscripsit. Ejus autem meminit A. Gellius.

ỷ. 5. *Hic alienus oves custos bis mulget*] Theocritus edyll. I.

Ἦ πᾶ γε κρύβδα τὰ ποθέσπερα πάσας ἀμέλγεις.

Iustinianus. ἐὰν εὑρεθῇ ποιμὴν ἀμέλγων τὰ πρόβατα λάθρα τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ πιπράσκων, τυπτόμενος τοῦ μισθοῦ στερείσθω.

ỷ. 8. *Novimus & qui te*] Vsus est ea figura, quam Græci vocant ἀποσιώπησιν, & aliqua ex par-

parte Theocritum imitatus videtur in edyll. v.

Οὐ μέμνασ' ὅτ' ἐγώ τυ κατήλασα, καὶ τὺ σεσαρὼς
Εὖ ποτ' ἐκιγκλίζευ, καὶ τᾶς δρυὸς εἴχεο τήνας.

ỳ.9. *Et quo*] Ariſtoteles. 1. Rhetoricorum. καὶ τὸ συγγενέσθαι οἷς ȣ̓ δεῖ: καὶ ὅπȣ, ȣ̓ δεῖ· καὶ ὅτε, ȣ̓ δεῖ. ἀπὸ ἀκολασίας γάρ.

Ib. *Sed faciles nymphæ*] μειλίχιαι Arato. Theocrito autem εὐμενεῖς in edyllio v.

ỳ.10. *Tunc credo*] Tale fere illud Theocriti ex edyll. v.

Α'νίκ' ἐπύγιζόν τυ, τὺ δ' ἄιγεες, αἱ δὲ χίμαιραι
Αἴδε κατεβληχῶντο, καὶ ὁ τράγος αὐτὰς ἐτρύπη.

ỳ.11. *Atque mala vites incidere falce*] Iuſtinianus, οἱ δένδρα καὶ μάλιςα ἀμπέλȣς τέμνοντες, ὡς λῃςαὶ κολάζονται.

ỳ.12. *Aut hic ad veteres phagos*] Theocritus in edyll. XXXIII. de Pentheo dixit,

Σχῖνον ἐς ἀρχαῖαν καταδὺς ἐπιχώριον ἔρνος. 25

ỳ.14. *Et cum vidiſti puero donata dolebas*] Habet quandam hic locus cum Theocriti verſu ſimilitudinem, qui eſt in edyllio v.

—— τὺ δ' ὦ κακὲ καὶ τότ' ἐτάκευ
Βασκαίνων, καὶ νῦν μετὰ λοίσθια γυμνὸν ἔθηκας.

ỳ.25. *Cantando tu illum*] Locus e Theocrito ſumptus, & pene ad verbum converſus, ex edyll. v.

Τὰν ποίαν σύριγγα; τὺ γάρ πόκα δῶλε συβάρτα
Ε'κτάσω σύριγγα; τί δ' οὐκέτι σὺν Κορύδωνι
Α'ρκεῖ τὸν καλάμας αὐλὸν ποππύσδεν ἔχοντι;

Ib.

Ib. *Fiſtula cera juncta fuit*] Æſchylus Prometheo.

Ὑπὸ δὲ κηρόπλαστος ὀττοβεῖ δόναξ
Ἀχέτας ὑπνοδόταν ὕμνον.

ŷ.28. *Vis ergo inter nos*] Theocritus edyll. VIII. λῇς μοι ἀεῖσαι. Et paulo poſt:

Χρήσδεις δ᾽ ὦν ἐσιδεῖν; χρήσδεις καταθεῖναι ἄεθλον;

ŷ.30. *Bis venit ad mulctram*] Horatius epod. Od. I.

Illic injuſſæ veniunt ad mulctra capellæ.

imitatus autem eſt Theocriti verſus ex edyll. I.

Αἶγα δέ τοι δωσῶ διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι,
Ἃ δύ᾽ ἔχοισ᾽ ἐρίφως ποταμέλξεται ἐς δύο πέλλας.

ŷ.31. *Depono*] Theocritus edyll. VIII.

Μόσχον ἐγὼ θησῶ, τὺ δὲ θὲς ἰσομάτορα ἀμνόν.

ŷ.32. *De grege non auſim*] Ad Theocriti verſus ſine dubio reſpexiſſe videtur, qui in edyllio VIII. leguntur.

Οὐ θησῶ πόκα ἀμνὸν, ἐπεὶ χαλεπός θ᾽ ὁ πατήρ μευ
Χ᾽ ἁ μάτηρ, τὰ δὲ μᾶλα ποθέσπερα πάντ᾽ ἀριθμεῦντι.

ŷ.33. *Iniuſta noverca*] Ipſe alibi,

Pocula ſi quando ſævæ infecere novercæ.

Pauſanias Atticis, βουλεῦσαι δὲ ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ἰνὼ μητρυιὰν οὖσαν.

26 ŷ.37. *Cælatum divini opus Alcimedontis*] Theocritus, ἔργον Πραξιτέλους, dixit.

ŷ.38. *Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis*] Non dubito quin exprimere voluerit verſus Theocriti ex edyll. I.

Τῷ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσὸς,
Κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονιμένος, ἁ δὲ κατ᾽ αὐτὸν
Καρπῷ ἕλιξ εἰλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι.

ỷ.40. *In medio duo signa*] Theocritus edyll. xx.
Ἐν τῷ δαίδαλα πολλὰ τετεύχατο μαρμαίροντα:
Ἐν μὲν ἔην χρυσοῖο τετυγμένη ἰνάχȣ ἰὼ

Ib. *Conon*] De Conone, Callimachus in elegia, quæ, ut ex Arati interprete colligimus, Βερενίκης πλόκαμος, inſcripta fuit.

Ib. *Et quis fuit alter*] Ad hunc locum ſpectare videtur Claudiani epigramma in Archimedem.

ỷ.42. *Tempora quæ meſſor*] ea vero docet Heſiodus ἐν ἔργοις,
Πληϊάδων ἀτλαγενάων ἐπιτελλομενάων
Ἄρχεσθ᾽ ἀμητȣ͂, ἀρότοιο δὲ δυσσομενάων.

ỷ.43. *Nec dum illis labra admovi*] e Theocriti edyllio I. ſumpſit,
Οὐδέ τί πω ποτὶ χεῖλος ἐμὸν θίγεν, ἀλλ᾽ ἔτι κεῖται
Ἄχραντον.

ỷ.45. *Et molli circum eſt anſas amplexus acantho*] Theocritus edyll. I.
Πάντα δ᾽ ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος.

ỷ.46. *Silvasque ſequentes*] Quintus Smyrnæus,
Ὀρφεὺς ȣ̔ μολπῇσιν ἐφέσπετο πᾶσα μὲν ὕλη.

ỷ.49. *Nunquam hodie effugies*] Nævius in equo Troiano.
Nunquam hodie effugies, quin mea manu moriare.
Ni tot veterum poëtarum monimenta periſſent, facile perſpiceremus, Virgilium interdum quidem

27 dem integros eorum versus, interdum vero dimidiatos, modo etiam paulum immutatos versibus suis immiscuisse, ut vel ex hoc Nævii adducto carmine conjicere quivis potest.

ỹ. 53. *Tantum vicine Palæmon*] Theocritus in edyllio, quod βȣκολιασαὶ inscriptum est, ait.

— ἴθ᾽ ὦ ξένε μικκὸν ἄκουσον, τῆ δ᾽ ἐνθὼν,
Α῞μμες γὰρ ἐρίσδομες ὅςις ἀρείων
Βωκολιαςάς ἐςιν. Quæ de *Palæmone* Suetonius in libro de claris Grammaticis, Eusebius, Plinius lib. XIV. cap. IV. & Iuvenalis Satyra VII. scripserunt, quia in promptu sunt, omitto.

ỹ. 54. *Sensibus hæc imis*] Homerus Iliad. ά.

Α῎λλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ᾽ ἐνὶ Φρεσὶ βάλλεο σῇσι.

ỹ. 55. *In molli consedimus herba*] Theocritus edyll. VI.

Ω᾽ρχεῦντ᾽ ἐν μαλακᾷ ταὶ πόρτιες ἀυτίκα ποίᾳ.

ỹ. 58. *Incipe Damœta, tu deinde sequere Menalca*] Theocriti versus expressus est ex edyll. IX.

ᾠδῆς ἄρχεο πρᾶτος, ἐΦεψάσθω δὲ Μενάλκας.

ỹ. 59. *Alternis dicetis*] Hoc quoque e Theocriti edyll. IX.

Εἶτα δ᾽ ἀμοιβαίην ὑπελάμβανε ΔάΦνις ἀοιδάν.

& paulo post:

Ταῦτα μὲν ὦν διὶ ἀμοιβαίων οἱ παῖδες ἄεισαν.

ỹ. 60. *Ab Iove principium*] Locus ex Arato sumptus videtur, licet in hanc sententiam plura etiam alibi legantur. Sic enim ille cecinit,

Ε᾽κ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν ȣδέ ποτ᾽ ἄνδρες ἐῶμεν
Α῎ῤῥητον.

Theocritus edyll. XVII.

Ε᾽κ

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα.

Homerus Odyss. θ'.

—— ὁ δ' ὁρμηθεὶς θεοῦ ἤρχετο.

Pindarus in Nemeis.

Αἱ δὲ πρώτιστον μὲν ὕμνησαν,
Διὸς ἀρχόμεναι.

Alcman,

Ἐγὼ δ' ἀείσομαι ἐκ Διὸς ἀρχόμενος. 28

Ion Chius.

Ἐκ Διὸς ἀρχόμενοι πίνωμεν.

Apollonius Rhodius lib. 1.

Ἀρχόμενος σέο Φοῖβε.

Terpander,

Ζεῦ πάντων ἀρχὰ, πάντων ἁγήτωρ,
Ζεῦ σοὶ πέμπω ταύταν ὕμνων ἀρχάν.

Lesbonax ἐν προτρεπτικῷ. τὰ δὲ ἀπὸ τῶν θεῶν, ἀφ' ὧν χρὴ ἄρχεσθαι, καλῶς ἔχει κατ' ἀμφοτέρους τοὺς λόγους. M. Tullius lib. II. de legib. *a Diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.*

ỷ.65. *Iovis omnia plena*] Aratus,

—— μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες, πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.

Laërtius in Diogene, θεασάμενός ποτε γυναῖκα ἀσχημονέστερον τοῖς θεοῖς προσπίπτουσαν, βουλόμενος αὐτῆς περιελεῖν τὴν δεισιδαιμονίαν, καθά φησι Ζωΐλος ὁ Περγαῖος, προσελθὼν εἶπεν· οὐκ εὐλαβῇ ὦ γύναι, μή ποτε θεοῦ ὄπισθεν ἑστῶτος, πάντα γὰρ ἐστιν αὐτοῦ πλήρη, ἀσχημονήσεις;

Philemon Comicus,

—— ὃν οὐδὲ εἷς
Λέληθε κακὸς, οὔτ' ἐσθλὸς, οὗτός εἰμ' ἐγὼ
Ἀὴρ, ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία.

En-

Ennius Thyeste,

— aspice hoc
Sublime candens, quem vocant omnes Iovem.

Pacuvius apud Varronem,

Hoc vide circum supraque quod complexu continet
Terram, quod nostri cælum vocant.

vertit autem ex Euripide,

Ὁρᾷς τὸν ὑψȣ̃ τόνδ᾽ ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ᾽ ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις,
29 Τȣ̃τον νόμιζε ζῆνα, τόνδ᾽ ἡγοῦ θεόν.

Ennius,

—— istic estis Iuppiter
Quem dico, quem Græci vocant aëra.

Lucretius autem videtur Euripidis locum interpretatus Pacuvianis versibus in lib. v.

Denique iam tuere hoc circum supraque quod omnem
Complexu continet terram.

Lucanus,

Iuppiter est quodcunque vides, quocunque moveris.

℣.62. *Et me Phœbus amat*] Theocritus ἐν βȣκολιασαῖς,

Καὶ γὰρ ἐμ᾽ ὡ᾽πόλλων φιλέει μέγα, καὶ καλὸν αὐτῷ
Κριὸν ἐγὼ βόσκω.

Et in epigrammate in Archiloch.

Ἦρά μιν αἱ μȣ̃σαι, καὶ ὁ Δήλιος ἠγάπευεν Ἀπόλλων.

℣.64. *Malo me Galatea*] Theocritus edyll. VI.

Βάλλει καὶ μήλοισι τὸν αἰπόλον ἁ κλεαρίστα,
Τὰς αἶγας παρελῶντα.

Et in edyll. v.

Βάλλει τοι πολύφαμε τὸ ποίμνιον ἁ Γαλάτεια
Μάλοισιν.

Legitur etiam poëtæ cuiusdam verſus apud Euſtathium in hanc ſententiam:

Μῆλα ἔρωτες ἰδὲ τρυγῶσιν.

Ariſtophanes ἐν νεφέλαις,

Μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίε. Athenæus lib. XII. Κλέαρχος δὲ ὁ Σολεὺς ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, διὰ τί, φησὶ, μετὰ χεῖρας ἄνθη καὶ μῆλα, καὶ τὰ τοιαῦτα φέρομεν, πότερον, ὅτι καὶ διὰ τῆς τούτων ἀγαπήσεως ἡ φύσις μηνύει τοὺς τῆς ὥρας ἔχοντας τὴν ἐπιθυμίαν. Arabius etiam Scnoialticus in quodaı de Atalanta epigrammate, ζυγίης σύμβολον παφίης huiuſmodi malum dixit.

ỷ.65. *Et fugit ad ſalices*] Theocritus edyll. XIX.

—— τὸν μὲν ἔφευγεν
Α' καλὰ Γαλάτεια. σὲ δ' ἀδὺ ἀπέβλεπεν ἅλμας.

ỷ.66. *At mihi ſeſe offert*] Theocritus edyll. v.

Κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν
Ε'κμαίνει.

ỷ.68. *Parta meæ Veneri ſunt munera*] Theocrit. edyll. v.

Κἠγὼ μὲν δωσῶ τᾷ παρθένῳ ἀυτίκα φάσσαν
Ε'κ τᾶς ἀρκεύθω καθελὼν, τηνεὶ γὰρ ἐφίσδει.

Hedyle Moſchines filia, in Scylla,

Η' τοὺς ἀλκυόνων παῖδας ἔτ' ἀπτερύγους,
Τῇ νύμφῃ δύσπιςος ἀθύρματα.

Fuit autem Hedyle Iamborum ποιήτρια, ut ſcribit Athenæus lib. VII.

ỷ.71. *Aurea mala decem*] Theocritus edyll. III.

Η'νὶ δέ τοι δέκα μᾶλα φέρω, τηνῶθε καθεῖλον
Ω῏ μ' ἐκέλευ καθελεῖν τυ, καὶ αὔριον ἄλλα τοι οἰσῶ.

Aurea mala, opinor, ea quæ κιτρία Græci appellant, quæ χρυσᾶ μῆλα Ariſtophanes in Bœotio dixit,

dixit, Athenæus lib. III. apud Theocritum vero *aurea* ne hæc *mala*, an ea quæ, *cana mala*, supra nominavit, intelligenda sint, haud facile dixerim.

℣.73. *Partem aliquam venti divûm referatis ad aures*] Theocritus edyll. VII.

—— λυκίδα φίλε πολλὰ μὲν ἄλλα
Νύμφαι κήμὲ δίδαξαν ἀν' ὤρεα βωκολέοντα
Ἐσθλὰ, τά πȣ καὶ ζηνὸς ἐπὶ θρόνον ἄγαγε φάμα.

Catullus,

Geminas deorum ad aures nova nuncia referens.

Horatius in epistolis,

—— *Iovis auribus ista*
Serva. Vetus etiam proverbium, εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν.

℣.75. *Si tu dum sectaris apros*] Theocritus edyll. v.

—— τὰ θηρία πάντα δίωκεν.

M. Varro in Satyra, quæ ὄνος πρὸς λύραν inscribitur, *Nempe sueis silvaticos in montibus sectaris venabulo, aut cervos.*

31 ℣.78. *Phyllida amo ante alias*] Theocritus,

Ἀλλ' ἐγὼ Εὐμήδεος ἔραμαι μέγα.

℣.77. *Cum faciam vitula*] M. Varro lib. I. de re rustica, *Dii*, inquit, *facientes adiuvant.* Iuvenalis Satyra IX.

Pro populo faciens. Hoc etiam modo Græci, ῥέζειν, pro sacrificare ponunt. Exempla apud Homerum crebra.

℣.77. *Ipse venito*] Theocritus, ἀλλ' ἀφίκευ τὺ ποτί με.

℣.79. *Et longum formose vale*] μακρὰ χαίρειν, dixit Lucianus.

Ibid. *Et longum formose vale vale &c.*] Theocritiana figura, καλὸν καλὸν ἦμες ἔφασκες.

ỳ.80. *Triste lupus stabulis*] eadem figura dixit Menander, καλόν γε βασιλεύς. Est autem locus sumptus e Theocrito pene ad verbum, cuius versus in edyllio VIII. leguntur hi.

Δένδρεσι μὲν χειμὼν Φοβερὸν κακὸν, ὕδασι δ' αὐχμὸς,
Ὄρνισιν δ' ὕσπλαγξ, ἀγροτέροις δὲ λίνα.
Ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἁπαλᾶς πόθος.

ỳ.84. *Pollio*] sunt, qui veterum lapidum testimonio, *Polio*, scribant. Vetusti tamen argentei nummi habent C. ASINIVS. CN. F. POLLIO. Quæ scriptura mihi magis probatur.

ỳ.86. *Nova carmina*] hoc est θαυμαστὰ, & ut Græci dicunt, ξένα. Apollonides lib. II.

— ξένον ἠνίκα θαῦμα.

Philippus lib. IV.

—— καὶ οὐ ξένον εἰ Δία κύκνον.
Ποιήσας, ὅπλων νοσφίσαθ' Ἡρακλέα.

ỳ.87. *Iam cornu petat*] Hoc Theocritus dixit, κορύψῃ.

Ibid. *Iam cornu petat, & pedibus qui spargat harenam*] Oppianus,

Καὶ πυρὸεν πνείουσι, καὶ ἀμῶνται ποσὶ γαῖαν,
Οἷα κονιόμενοι, προκαλλίζονται δ' ἑκάτερθεν. 32

ỳ.88. *Veniat quo te quoque gaudet*] Theocr. edyll. VII.

Ὥρια πάντα γένοιτο, καὶ εὔπλοον ὅρμον ἵκοιτο.

ỳ.89. *Mella fluant illi*] Theocritus edyll. V.

Ἱμέρα ἀνθ' ὕδατος ῥείτω γάλα, καὶ τύδε κρᾶθι

Οἴνῳ

Οἴνῳ πορφύροις, τὰ δέ τοι σία καρπὸν ἐνείκαι.

& edyll. IV.

Ῥείτω χ' ἀ συβαρῖτις ἐμὶν μέλι, καὶ τό ποτ' ὄρθρον
Α' παῖς ἀνθ' ὕδατος τὰν κάλπιδα κηρία βάψαι.

Ib. *Rubus asper amomum*] Theocritus edyll. I.

Νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι.

In Diris,

Emanent subito sicca tellure paludes,
Et metat hic iuncos, spicas ubi legimus olim.

℣.91. *Et mulgeat hircos*] Lucianus in vita Demonactis, οὐ δοκεῖ ὑμῖν ὦ φίλοι, ἔφη, ἕτερος τούτων τράγον ἀμέλγειν, ὁδὲ, αὐτῷ κόσκινον ὑποτιθέναι.

Ib. *Et mulgeat hircos*] Tale quiddam Theocriti illud,

—— κακὰν κύνα βούλετ' ἀμέλγειν.

℣.92. *Et humi nascentia fraga*] Χαμαιμιμέκυλα. Videndus Plinius de Comaro lib. XV. cap. XXIV.

℣.02. *Frigidus anguis*] Theocritus edyll. XV.

Ἵππον καὶ τὸν ψυχρὸν ὄφιν τὰ μάλιστα δεδοίκω.

℣.94. *Parcite oves nimium procedere*] Simile illud Theocriti,

Σίτθ' ἀπὸ τᾶς κοτίνω ταὶ μηκάδες.

& rursus,

Οὐκ ἀπὸ τᾶς δρυός οὗτος ὁ κώναρος.

℣.97. *Omnes in fonte lavabo*] Theocritus edyll. V.

Πάσας ἐγὼ λουσῶ συβαρίτιδος ἔνδοθι κράνας.

℣.100. *Eheu quam pingui macer est mihi taurus in arvo*] Non dubito quin ad Theocriti locum respexerit Virgilius, qui est in edyll. IV.

33 Λεπτὸς μὰν χ' ὡ ταῦρος ὁ πύρριχος.

℣. 102. *Vix ossibus hærent*] Tale illud Theocriti in edyll. IV.

Τήνας μὲν δὴ τᾶς πόρτιος αὐτὰ λέλειπται
Τ' ὠςέα.

℣. 103. *Nescio quis teneros oculus*] Auctor commentarioli *περὶ λίθων*; nec enim Orpheo, ut vulgo, librum illum tribuendum esse censeo; potius autem quantum ex iis, quæ Marbodeus *περὶ κεραλίε* ex illo poëta vertit, conjicere possum, Metrodoro inscribendum existimarim. Is igitur, quicunque tandem sit, ubi *περὶ γαλατίτε* loquitur, sic cecinit.

Ἀ'μφὶ δ' ἄρ αὐχένι παιδὸς ἀερτάζεσα τιθήνη
Λᾶαν, ἐρυτήσει κακομήτιος ὄσσε μεγαίρης.

Ioannes etiam Zezes, ita,

Πᾶσαν βασκανίην γίνωσκε, τὴν δὶ ὀμμάτων βλάβην,
Διὰ φαέων βαίνεσαν, καὶ βλέψεως ὀμμάτων.

Ib. *Tris pateat cæli spacium*] Scio multa in hoc carmine explicando a Grammaticis scripta esse, quos ego, quia nihil magnopere probandum afferunt, non sequar. Ac vidi, qui non ad Syenem tantum referant, sed de cuiuslibet loci puteis dictum id existiment; quod mihi, ut ingenue fatear, verius videtur.

℣. 106. *Inscripti nomina regum*] Theocritus edyll. x.

Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐςὶ, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος.

Moschus in epitaphio Bionis.

Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἲ αἲ,
Λάμβανε τοῖς πετάλοισι.

Pausanias Atticis, *λέγεσι δὲ οἱ περὶ Σαλαμῖνα οἰκεῦντες,*

τες, ἀποθανόντος Αἴαντος, τὸ ἄνθος ἐν τῇ γῇ σφίσι τότε φανῆναι πρῶτον. Λευκόν ἐςιν, ὑπέρυθρον· κρίνȣ καὶ αὐτὸ ἔλασσον, καὶ τὰ φύλλα· γράμματα δὲ ἔπεςιν οἷα τοῖς ὑακίνθοις καὶ τούτῳ.

34 ỳ. 108. *Non nostrum inter vos*] Theocrit. edyll. v.
Παύσασθαι κέλομαι τὸν ποιμένα.

ỳ. 109. *Et vitula tu dignus & ille &c.*] Theocritus,
Νίκα μὲν ȣδ' ἄλλος· ἀνάσσατοι δ' ἐγένοντο.

ỳ. 111. *Claudite iam rivos pueri, ſat prata biberunt.*] Catullus,
Claudite oſtia virgines,
Luſimus ſatis.

ECLOGA IV.

ỳ. 1. S*Icelides Muſæ*] Refert Euſebius plures verſus converſos Græce ex hac ecloga.
Σικελίδες μȣσαι μεγάλην φάτιν ὑμνήσωμεν.
Ἦλυθε κυμαίȣ μαντεύματος εἰς τέλος ὀμφή.
Οὗτος ἄρ αἰῶνος ἱερὸς ςίχος ὄρνυται ἡμῖν.
Moſchus in epithaphio Bionis,
Ἄρχετε σικελικαὶ τῶ πένθεος ἄρχετε μȣσαι.

ỳ. 2. *Myricæ*] Pauſanias Ἠλειακοῖς. *ἀλλὰ πλεῖςαι μὲν ὑπὸ Μαιάνδρȣ μυρίκαι, καὶ μάλιςα αὔξονται.*

ỳ. 4. *Cumæi carminis*] Aſcræum etiam carmen hoc plane modo dixit, de Cumana autem Sybilla, Demone illa, an Herophile, ut nonnullis placet, ſit appellanda, non vulgata Pauſanias ἐν

Φωκικοῖς. Τὴν δὲ ἐπὶ ταύτῃ χρησμοὺς κατὰ ταυτὰ εἰπούσαν, ἐκ Κύμης τῆς ἐν ὀπικοῖς εἶναι. καλεῖσθαι δὲ ἀυτὴν Δημὼ συνέγραψεν Ὑπέροχος ἀνὴρ Κυμαῖος. χρησμὸν δὲ οἱ Κυμαῖοι τῆς γυναικὸς ταύτης ἐς οὐδένα εἶχον ἐπιδείξασθαι.

ꝟ.6. *Iam redit & virgo*] Georgicorum lib. II. quæ ſit hæc virgo, indicat, cum inquit,

—— extrema per illos
Iuſtitia excedens terris veſtigia fecit.

reſpexit autem ad locum quendam Arati ἐκ τῶν Φαινομένων,

Καὶ τό τε μισήσασα Δίκη κείνων γένος ἀνδρῶν
—— ἔπτατ᾽ ἐπουρανίη.

Calpurnius quoque Siculus,

Aurea ſecura cum pace renaſcitur ætas,
Et redit ad terras tandem ſqualore ſituque
Alma Themis poſito, juvenemque beata ſequuntur
Sæcula.

Heſiodus vero in re quidem diſſimili, eadem tamen ſententia uſus videtur ἐν ἔργοις,

Καὶ τό τε δὴ πρὸς ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
Λευκοῖσιν Φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν
Ἀθανάτων μετὰ Φῦλον ἴτον, προλιπόντ᾽ ἀνθρώπους
Αἰδὼς καὶ Νέμεσις.

Fecit itaque ſuo iure Aratus, quem ſecutus eſt Virgilius, ut quod Heſiodus περὶ τῆς Νεμέσεως καὶ τῆς Αἰδοῦς dixerat, τῇ Δίκῃ tribuerit.

ꝟ.8. *Quo ferrea primum*] σιδήρεον γένος, Heſiodo ἐν ἔργοις.

ꝟ.9. *Gens aurea*] Convenit hoc cum illo Heſiodio ἐν τοῖς ἔργοις.

—— χρύ-

— χρύσεον πρώτιςα γένος μερόπων ἀνθρώπων
Α'θάνατοι ποίησαν.

ỷ. 10. *Caſta fave Lucina*] Homerus Odyſſ.
—— ἁγνὴ ΠερσεΦόνεια.
Menander,
Αἱ κυΐσκȣσαι ἐπικαλεῖσθε τὴν Α"ρτεμιν.
Theocritus edyll. XVII.
Ε"νθα γὰρ Εἰλείθυιαν ἐβώσατο λυσίζωνον.

ỷ. 14. *Solvent*] λύσȣσι. Horatius epod. Ode. IX.
Curam, metumque Cæſaris rerum iuvat,
Dulci Lyæo ſolvere.
itaque a Græcis ἀπὸ τȣ̃ λύειν μελεδήματα, appellatur Λυαῖος.

ỷ. 18. *At tibi prima puer nullo munuſcula cultu*]
36 Heſiodus ἐν ἔργοις,
— καρπὸν δ' ἔΦερε ζείδωρος ἄρȣρα
Αὐτομάτη.
Horatius epod. Od. XVI.
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis.
Pindarus Pythiorum εἴδει II. idem prope cecinit,
— ἀπονέςερον
Ε'σθλοὶ νέμονται βίο-
τον, οὐ χθόνα ταράσσον-
τες ἀλκᾷ χερῶν.

ỷ. 21. *Referunt diſtenta capellæ ubera*] Tale illud Euripidis in Cyclope, quod a Satyrorum choro dicitur,
Σπαργῶντάς μοι τοὺς μαςοὺς χάλασον.
Nicander Alexipharmacis,
Η'ὲ σύ γ' οὐθατόεντα διοιδέα μαςὸν ἀμέλξας.
Lucretius lib. I.

—— *& candens lacteus humor*
Vberibus manat distentis.

in epigrammate lib. I.

Ὄφρ᾽ αἱ μὲν λευκοῖο βεβριθότα δῶρα γάλακτος
Οὔθασιν ἐγκλυμένου πυκνὰ φέρωσι δόμον.

℣. 22. *Nec magnos metuunt armenta leones*] Lactantius Firmianus lib. VII. cap. XXIV. versus quosdam Erythrææ Sibyllæ, Græce scriptos recitat, e quibus hos Virgilii sumptos esse asserit. Ego quidem, locum ipsum, e quo peti possint, indicasse, satis habebo.

℣. 24. *Et fallax herba veneni*] Videtur hanc herbam, quamnam intelligat, indicasse, cum libro II. Georgicorum dicit,

—— *nec miseros fallent aconita legentes.*

℣. 26. *Ac simul heroum laudes*] κλέα ἀνδρῶν, Homero in Iliad. ί.

℣. 26. *Facta parentis*] Sic etiam Homerus, ἔργα γιγάντων.

℣. 29. *Rubens pendebit sentibus uva*] Horatius 37
Carmin. lib. IV.

Certantem & uvam purpuræ.

Mæcius etiam eadem usus figura, πορφύροντα βότρυν, dixit in quodam epigrammate.

℣. 30. *Quercus sudabunt roscida mella*] In hanc sententiam Hesiodium illud legitur ἐν ἔργοις.

—— οὔρεσι δὲ δρῦς
Ἄκρα μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας.

Sic & Nicander ἐν ἀλεξιφαρμάκοις·

Ἔνθα δὲ καὶ κοίλοιο κατὰ δρυὸς ἐκτίσαντο
Πρῶτόν που θαλάμους συνομηρέες, ἀμφὶ δέ κ᾽ ἔργων

Μνη-

Μνησάμεναι Δηοῖ πολυωπέας ὤπασαν ὄπνας,
Βοσκόμεναι θύμα ποσσὶ, καὶ ἀνθεμόεσσαν ἐρείκην.

Phocylides quoque apud Nicandri Scholiastem,

Κάμνει δ' ἠερόφοιτος, ἀριστοπόνος τε μέλισσα,
Ἢ κοίλης πέτρας κατὰ χοιράδος, ἢ δονάκεσσιν,
Ἢ δρυὸς ὠγυγίης κατὰ κοιλάδος ἔνδοθι σίμβλων,
Σμήνεσι μυριόμορφα κατ' ἄνθεα κηροδομοῦσα.

Antipater in epigrammate,

—— *καὶ δρυΐνῳ σπενδόμενος μέλιτι,*

Propertius,

Ipsæ mella dabant quercus, ultroque ferebant,
Obvia securis ubera lactis oves.

Ovidius Metamorphoseos lib. I.

Flavaque de viridi stillabant cortice mella.

& alibi,

—— *& in quercu mella reperta cava.*

℣. 34. *Tiphys*] Apollonius Rhodius lib. I.

Τίφυς δ' ἀγνιάδης σιφαέα κάλλιπε δῆμον
Θεσπιέων.

Ibid. *Quæ vehat Argo*] Ennius Medea,

38 *Argo; qua vecti Argivi delecti viri.*

Catullus,

Cum lecti iuvenes Argivæ robora pubis.

Theocritus autem hos ipsos, *θεῖος ἄωτος ἡρώων*, dixit in edyll. XIII.

℣. 38. *Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus Mutabit merces*] Aratus de aureo sæculo,

Αὔτως δ' ἔζωον. χαλεπὴ δ' ἀπέκειτο θάλασσα,
Καὶ βίον οὔπω νῆες ἀπό προθεν ἠγίνεσκον.

℣. 39. *Omnis feret omnia tellus*] Hesiodus *ἐν ἔργοις*,

—— *καρ-*

— *καρπὸν δ᾽ ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα.*

Tyrtæus,

Ἥμισυ πάνθ᾽ ὅσσων καρπὸν ἄρουρα φέρει.

ỳ.40. *Non raſtros patietur humus*] Catullus,

Non humilis curvis purgatur vinea raſtris;
Non glebam prono convellit vomere taurus;
Non falx attenuat frondatorum arboris umbram.

Ovidius Metamorph. lib. 1.

Ipſa quoque immunis, raſtroque intacta, nec ullis
Saucia vulneribus, per ſe dabat omnia tellus.

ỳ.41. *Iuga ſolvet*] ζυγὸν λύσει, Homero.

ỳ.44. *Mutabit*] Horatius Serm. lib. 1. Satyr. 4.

Hic mutat merces ſurgente a Sole ad eum quo
Veſpertina tepet regio.

Videtur autem reſpexiſſe ad Homeri locum in Ilia. ή e quo vetuſtiſſima illa contrahendi ratio, quæ permutatio dicebatur, colligitur.

Νῆες δ᾽ ἐκ λήμνοιο παρέστασαν οἶνον ἄγουσαι
Πολλαὶ, τὰς προέηκεν ἰησονίδης Εὔηνος.

paulo poſt:

Ἔνθεν ἄῤ οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ᾽ αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δὲ ἀυτοῖσι βόεσσιν, 39
Ἄλλοι δ᾽ ἀνδραπόδεσσιν.

ỳ.45. *Sponte ſua*] ἀυτομάτη Heſiodus ſupra, de terra, dixit, quod vertens Ovidius, ait:

— *per ſe dabat omnia tellus.*

ỳ.46. *Talia ſæcla ſuis dixerunt currite fuſis*] Poteſt hic verſus videri ſumptus ex his Catulli,

Talia divino fuderunt carmine fata. poſt,
Currite ducentes ſubtemina currite fuſi.

ỳ.49.

℣. 49. *Cara deum Soboles*] In Cyri,
Cara Iovis Soboles, magnum Iovis incrementum.
Cui non diſſimile illud Theocriti in edyll. VII.

—— Οὕνεκεν ἐσσὶ
Πᾶν ἐπ' ἀληθείᾳ πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος.

℣. 55. *Nec Thracius Orpheus*] ex Euripidis fabula, quæ Rheſus inſcribitur, non vulgata de Orpheo peti poſſunt.

℣. 57. *Lino formoſus Apollo*] Theocritus in Heraclisco,

Γράμματα μὲν τὸν παῖδα γέρων λίνος ἐξεδίδαξεν
Υἱὸς Ἀπόλλωνος.

Sed de Lino multa alii notarunt.

℣. 59. *Pan etiam Arcadia*] de Pane quædam ſcitu digna leguntur apud Pauſaniam in Arcadicis, qui de Nomiis montibus loquens, hæc quoque addit. Καὶ Πανὸς ἱερόν ἐςι Νομίȣ, καὶ τὸ χωρίον ὀνομάζȣσι Μέλπειαν, τὸ ἀπὸ τῆς σύριγγος μέλος ἐνταῦθα Πανὸς εὑρεθῆναι λέγοντες. Nonnulla etiam peti poſſunt ex auctore hymni, qui εἰς πᾶνα, inſcriptus eſt: nec enim ullo unquam pacto perſuadere mihi potui, hymnos illos Homero tribuendos eſſe, cum aliis de cauſſis, tum ob ea, quæ apud Pindari interpretem, quicumque ille ſit, Nemeorum εἴδει. II. leguntur: ſunt autem hæc. ἐπιφανεῖς δὲ ἐγένοντο ἐκ τῶν Ὁμηριδῶν οἱ περὶ Κίναιθον, ὅς φασὶ πολλὰ τῶν ἐπῶν ποιήσαντας, ἐμβαλεῖν εἰς τὴν ὁμήρȣ
40 ποίησιν. ἦν δὲ ὁ Κίναιθος Χῖος, ὃς καὶ τῶν ἐπιγραφομένων Ὁμήρου ποιημάτων, τὸν εἰς Ἀπόλλωνα πεποιημένον ὕμνον λέγεται πεποιηκέναι. Scio tamen a Thucydide hunc ipſum hymnum Homero inſcribi;

a Pausania autem ἐν Μεσσηνιακοῖς, & Ἀργολικοῖς, ad Cererem; in Achaicis vero ad Neptunum, Homeri hymnos citari, qui tamen in his, qui Homero inscripti sunt, non leguntur; si modo Pausanias bonus harum rerum existimator censendus est.

ỳ.59. *Dicat se iudice victum*] Habet aliquid simile locus hic cum illo Theocriti in edyll. VI.

—— Οὐδέ κεν αὐτός ἀεῖδεν
Φοῖβος σὺν φόρμιγγι παρὰ τριπόδεσσι μεγαίροι.

ỳ.62. *Cui non risere parentes*] Hoc de Vulcano dictum nonnulli existimant; Pausanias autem in Atticis hæc scribit. λέγεται δὲ καὶ τάδε ὑπὸ Ἑλλήνων, ὡς Ἥρα ῥίψαι γενόμενον Ἥφαιστον. ὁ δὲ οἱ μνησικακῶν πέμψαι δῶρον, χρυσοῦν θρόνον, ἀφανεῖς δεσμὰς ἔχοντα: καὶ τὴν μὲν, ἐπεὶ ἐκαθέζετο, δεδέσθαι. θεῶν δὲ τῶν μὲν ἄλλων οὐδενὶ τὸν Ἥφαιστον ἐθέλειν πείθεσθαι. Διόνυσος δὲ, μάλιστα γάρ ἐς τοῦτον πιστὰ ἦν Ἡφαίστῳ, μεθύσας αὐτὸν ἐς οὐρανὸν ἤγαγεν.

ECLOGA V.

ỳ.1. CVr non Mopse boni &c.] Simile illud Theocriti,

Λῆς ποτὶ τᾶν νυμφᾶν, λῆς αἰπόλε &c. & post:
Δεῦρ᾽ ὑπὸ τὰν πτελέαν ἑσδώμεθα. & alibi,
—— ἅδιον ᾀσῇ,
Τῇδ᾽ ὑπὸ τὰν κότινον καὶ τ᾽ ἄλσεα ταῦτα καθίξας.

Ibid. *Boni quoniam conuenimus*] Boni hoc loco valet, ἀγαθοί: Apollonius Rhodius,

—— ἐσθλὸς μὲν ἐπιφανέντας ἐσιδεῖν.

est

eſt autem ἑλληνισμὸς, quale illud Horatii,

— *celerem ſequi Ajacem*,

41 &, *niveus videri*. Æſchylus Prometheo,

Δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρους.

℣. 2. *Tu calamos inflare leves, ego dicere verſus*] Mihi quidem dubium non eſt, quin imitatus fuerit verſum illum Theocriti in edyll. VIII.

Ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν.

quomodo etiam Horatius dixit,

Doctus ſagittas tendere ſericas
Arcu paterno.

Dicere autem valet hoc loco *canere*. Anacreon,

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας,
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν.

Ibid. *Calamos inflare*] Sophocles,

Φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι.

Hunc verſum adducit M. Tullius lib. II. epiſt. ad Atticum, & Longinus in libro περὶ ὕψους λόγου.

℣. 4. *Tu maior, tibi me eſt æquum parere*] Hanc ſententiam ſumpſit, opinor, ab Homero ex Il. ά.

Ἀλλὰ πίθεσθ', ἄμφω δὲ νεωτέρω ἐστὸν ἐμεῖο.

Theocritus edyll. XXXV.

Ἀλλ' εἴ μοι πείθοιο νέος προγενεστέρῳ.

℣. 7. *Silveſtris labruſca*] ἀγριάμπελος, Theophraſto.

℣. 8. *Solus tibi certet Amyntas*] Homerus, Il. έ.

—— ὃς νῦν γε καὶ ἂν Διῒ πατρὶ μάχοιτο.

℣. 10. *Incipe Mopſe prior, ſi quos aut Phyllidis ignes*] Tale illud Theocriti edyll. I.

Ἀλλὰ τὺ γὰρ δὴ Θύρσι τὰ Δάφνιδος ἄλγε' ἀείδες.

℣. 11.

℣. 11. *Aut Alconis habes laudes*] Non video, cur non de Alcone artifice intelligendum sit, eius autem meminit in Culice,

—— nec pocula gratum
Alconis referent, Bœthique toreuma.

Damoxenus etiam ἐν πενθȣ̃ντι apud Athenæum, 42

—— τί δ' ἔςι τοῦτο πρὸς θεῶν ῥυτὸν
Δίκρȣνον ἡλίκον τὶ τρεῖς χωρȣ̃ν χόας
Α῎λκωνος ἔργον.

Ibid. *Aut iurgia Codri*] quædam ad hunc locum pertinentia leguntur apud Lycurgum in Oratione contra Leocratem.

℣. 12. *Pascentes servabit Tityrus hædos*] Expressit illud Theocriti in edyll. I.

—— τὰς δ' αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε νομευσῶ.

℣. 13. *Immo hæc in viridi*] Theocritus edyll. VII.

—— ὄρη Φίλος εἴτι ἀρέσκει.
Τȣ̃θ' ὅ, τι πρὰν ἐν ὄρει τὸ μελύδριον ἐξεπόνασα.

Ibid. *Cortice phagi*] Theocritus edyll. XVIII.

Γράμματα δ' ἐν Φλοιῷ γεγράψεται, ὡς παριών τις,
Α῎ν γνοίη Δωριςὶ, σέβȣ μ', ἑλένης Φυτὸν εἰμί.

Glaucus in epigrammate,

—— καὶ εἰς αἴγειρον ἐκείναν
Σοί τι κατὰ Φλοιȣ̃ γράμμ' ἐκόλαψε λέγειν.

℣. 15. *Tu deinde iubeto certet Amyntas*] Theoc. edyll. V.

Αὐτόθε μοι ποτέρισδε, καὶ αὐτόθι βωκολιάσδευ.

℣. 16. *Lenta salix quantum pallenti cedit olivæ*] Theocr.

Ο῞σσον ἔαρ χειμῶνος, ὅσον μᾶλον βραβύλοιο
Α῞διον,

Α῞διον, ὅσσον ὄϊς σφετέρας λασιωτέρα ἀρνός.

ỷ.18. *Iudicio noſtro*] Hoc etiam ex Theocrito ſumptum videtur, ſic enim ille edyll. VII.

—— κατ' ἐμὸν νόον.

ỷ.21. *Nymphis*] Fuit enim Daphnis, ſi Diodorum Siculum ſequamur, Mercurii & Nymphæ filius.

Ibid. *Vos coryli teſtes*] Tale fere illud Moſchi in epitaphio *εἰς βίωνα.*

Καὶ ποταμοὶ κλάοιτε τὸν ἱμερόεντα Βίωνα· &,
43 *Νῦν Φυτά μοι μύρεσθε, καὶ ἄλσεα νῦν γοάοισθε.*

ỷ.24. *Non ulli paſtos*] Tale quiddam legitur in epigrammate incerti auctoris lib. III,

Αὐτόματοι δειλαὶ ποτὶ τ' αὔλιον αἱ βόες ἦλθον
Ε῎ξ ὄρεος πολλῇ νιφόμεναι χιόνι.

ỷ.25. *Frigida flumina*[*ψυχρὸν ὕδωρ* Theocrito in edyll. XI.

ỷ.26. *Nec graminis attigit herbam*] Theocritus edyll. VI.

Ψυχρὸν ὕδωρ τηνεὶ κατaλείβεται. ὧδε πεφύκει
Ποία, καὶ στιβάς.

℣.47. *Alpinas ah dura nives*] M. Furius Bibaculus in pragmatica belli.,
Iuppiter hibernas cana nive conſpuit alpes.
Horatius lib. II. Sermonum meminit huius verſus.

℣.53.

℣. 53. *Tenerisque meos incidere amores Arboribus*] Theocritus,

Γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται. &c.

℣. 54. *Crescent illæ, crescetis amores*] Lucretius lib. I.

—— *ramique virescunt*
Arboribus, crescunt ipsæ fœtuque gravantur.

℣. 59. *Libet Partho torquere Cydonia cornu spicula*] Apollonides in quodam epigrammate,

Μηκέτ' ἐφ' ὑμετέροις ἀψευδέσι κρῆτες ὀϊςοῖς 81
Α'υχεῖτε. & Bianor,
Οὐκ ἔφθη τὸν Κρῆτα. θοὴν δ' ἐνετείνατο νευρήν.

℣. 65. *Nec si frigoribus mediis Hebrumque bibamus*] To tus hic locus respicit ad Theo. versus illos in edyl. VII.

Εἴης δ' ἠδωνῶν μὲν ἐν οὔρεσι χείματι μέσσῳ,
Εὖρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος ἐγγύθεν ἄρκτου.
Ἐν δὲ θέρει πυμάτοισι παρ' αἰθιόπεσσι νομεύοις,
Πέτρᾳ ὑπὸ βλεμύων, ὅθεν οὐκέτι νεῖλος ὁρατός.

℣. 68. *Aethiopum versemus oves*] hinc, αἰπόλοι, dicuntur a Græcis, ἀπὸ τοῦ πολεῖν τὰς αἶγας.

℣. 70. *Hæc sat erit divæ*] Imitatione Homeri, Musas divas dixit. sic enim ille in Iliad. ά.

Μῆνιν ἄειδε θεά. & alibi.
Ὑμεῖς γάρ θεαί ἐςε.

℣. 71. *Fiscellam texit hibisco*] Theocritus edyll. XI.

—— ταλάρως τε πλέκοις.

℣. 73. *Cuius amor tantum mihi crescit in horas*]

Ad-

Admodum iucunda comparatio, qua usus est etiam Pindarus Nemeorum εἴδει. VIII.

Αὔξεται δ' ἀρετὰ χλω-
ραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρον ἀΐσ-
σει, σοφοῖς ἀνδρῶν ἀερθεῖσ' ἐν δικαίοις
τε πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα

Clemens quoque in Pædagogo huiusmodi quandam sententiam adducit.

Ἀρετὰ γὰρ ἐπαινουμένα δένδρον ὡς ἀέξεται.

Horatius lib. I. Carm.

Crescit occulto velut arbor ævo
Fama Marcelli.

ỳ.76. *Iuniperi gravis umbra*] Lucretius lib. VI.

Arboribus primum certis gravis umbra tributa'st
Usque adeo capitis faciant ut sæpe dolores.



GEOR-



GEORGICORVM 82

LIBER I.



Eorgicorvm] De rebus rusticis multos ante Virgilium, cum Græce, tum Latine scripsisse constat. inter eos autem numerantur a M. Varrone, & Columella lib. I. (si modo ea nomina mendo vacant) Æschrion: Agathocles Chius, Amphilochus Atheniensis: Anaxipolis Thasius: Androtion, cuius meminit Theophrastus lib. περὶ φυτῶν ἱςορίας, & Athenæus lib. III. Antigonus Cymæus: Apollodorus Lemnius, cuius fit mentio apud Aristotelem in Politicis, & Plinium lib. VIII. Apollonius Pergamenus: Archytas Tarentinus Pythagoreus, quamvis alium Archytam Diogenes referat Georgica conscripsisse, non Tarentinum illum, qui Pythagoram secutus est: Aristomenes: Aristophanes Mallotes, sive ut est apud Plinium lib. VIII. Milesius: Aristander Atheniensis: Aristoteles Peripateticus: Athenagoras;

ras: Attalus Philometor, Bacchius Milesius:
Bion Soleus: Chæreas Atheniensis: Chæresteus
Atheniensis, vel Chæristus, si Plinium sequamur: quem tamen Chrestum Euphronis appellare videtur Columella lib. I. Crates: Democritus Abderites Physicus, quem περὶ γεωργίας librum edidisse testatur etiam Laërtius: Diodorus
Prienæus: Dion Colophonius: Dionysius περὶ
φυτῶν, sive, ut Petrus Victorius emendavit, Euphyton, Diophanes Nicæensis, Diophanes Bithynicus; cuius epitomen Georgicorum Dionysii
Vticensis citat etiam Plinius. Epicharmus Sicu-
83 lus: Epigenes Rhodius: Evagon Thasius, quem
Plinius alibi Evagoram nominat: Eubolus, qui
Columellæ, & Plinio Cleobolus; ego vero Eubulus, malim. Euphorion: Euphron: Euphronius
Atheniensis: Euphronius Amphipolites: Hegesias
Maronites; mendose enim legitur apud Varronem, Ægesias: Hesiodus Ascræus poëta: Hieron Siculus: Hostilii Sasernæ, pater, & filius:
Incertus auctor περὶ βουγονίας: Lysimachus: Mago Carthaginensis, a Dionysio Vticense conversus: Menander Prienæus: Menander Heracleotes: Menecrates Ephesius poëta; quem de
apibus scripsisse intelligere possumus ex Varrone
lib. III. cuius etiam meminit Nicandri interpres: Menestratus: Mnaseas Milesius: Nicesius
Maronites, vel, ut ego puto, Hicesius, cuius
fit mentio apud Athenæum & Plinium lib. xv.
Oades, qui Dadis appellatur a Columella; eamque scripturam probat Petrus Victorius: Persis,
vel ut alii, Perseus; mihi tamen placeret, Perses: Pleutiphanes: Porcius Cato: Pythion Rhodius:

dius: Theophrastus Peripateticus: Tremellius Scrofa: Xenophon Socraticus: hæc ex M. Varrone, & Columella. Orpheum etiam τὰ γεωργικὰ cecinisse, eumque libellum ἔργα & ἡμέρας inscriptum fuisse auctor est Isacius Zteztes in suis in Hesiodum commentariis; qui nonnullos etiam ex eo opere versus profert. Sed alibi idem eruditus Grammaticus Orphei Georgicorum meminit. Videant autem docti sit nec ne opus illud Orpheo tribuendum, cum nullum fuisse Orpheum, Aristoteles, & eum secutus M. Tullius existimarint. Nicandrum quoque Colophonium de rebus rusticis, non rustica, præclare scripsisse testatur Cicero de Oratore libro I. & Athenæus libro III. qui eiusdem τὰ μελισσουργικὰ lib. II. adducit, quæ fortasse Virgilius expressit in IV. 84
Georgicorum. Phaniam etiam Eresium ἐν τῷ περὶ φυτῶν, Antiphontem, Dorionem, & Aeschylidem ἐν τοῖς γεωργικοῖς idem Athenæus citat libro III. XII. & XIV. Neoptolemi præterea, Aristomachi, & Philisti ἐν τοῖς μελισσουργικοῖς meminit Plinius. Pythoclis Samii ἐν τρίτῳ γεωργικῶν, Plutarchus; Chrysippi, Pamphili, & Paxami ἐν γεωργικοῖς, Laërtius & Suidas; & Oppii de silvestribus arboribus Macrobius. quem igitur e tot Georgicorum scriptoribus sit potissimum imitatus Virgilius, quærendum non est, cum ipse Hesiodum se Ascræum secutum esse fateatur, cum cecinit,

Ascræumque cano Romana per oppida carmen.

quin tamen ex aliis quoque auctoribus, præsertim iis, qui desiderantur, nonnulla sit mutuatus, nullo modo dubitari potest; nam & res ipsa loqui-

quitur; & a Plinio, Quinctiliano, ac Macrobio traditum est. Servius etiam optimus in primis Grammaticus multa Virgilium e Magone Afro, Xenophontis & Ciceronis Oeconomicis sumpsisse tradit.

ỿ. 1. *Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram*] Neminem esse opinor, mediocriter Græcis litteris eruditum, qui nesciat, librum illum Hesiodium de cultura agri, ἔργα & ἡμέραι, inscribi. eam igitur inscriptionem quin expresserit hoc versu Virgilius, dubitandum non est.

ỿ. 4. *Apibus quanta experientia parcis*] Convenit hoc cum illis Aristoteliis, quæ leguntur lib. IX. περὶ ζώων ἱστορίας. ἐξελαύνουσι δὲ, inquit, καὶ τὰς ἀργὰς αἱ μέλιτται, καὶ τὰς μὴ φειδομένας.

ỿ. 7. *Liber & alma Ceres*] M. Varro, de cultura agri scripturus, initio libri primi XII. deos invocat, *Iovem & Tellurem, Solem & Lunam,*
85 *Cererem & Liberum, Robigum & Floram, Minervam & Venerem, Lympham & Bonum Eventum.* Hunc igitur locum quin expresserit Virgilius, dubitari non potest. nam quæ Probus & eum secutus Macrobius & Servius in eo versu explicando attulerunt, mihi quidem non satis apta videntur.

Ibid. *Vestro si munere tellus*] Eadem sententia, non admodum dissimilibus verbis usus est Lucretius lib. v.

Namque Ceres fertur fruges, Liberque liquoris
Vitigeni laticem mortalibus instituisse.

Vetus autem liber A. Colotii, pro, *munere*, habet, *numine*; ſed non placet.

ỹ. 9. *Proculaque inventis Acheloia miſcuit uvis*] Multa erudite ſcribit Athenæus ad hunc locum pertinentia; nam lib. II. Staphyli auctoritatem profert, qui, ut eius Græca verba referam, *Φησὶ τὴν τȣ̃ οἴνȣ κρᾶσιν μελάμποδα πρῶτον εὑρεῖν.* & lib. IV. *τὴν γὰρ σύμμετρον κρᾶσιν τȣ̃ οἴνȣ ὑπὸ Ἀμφικτύονος βασιλεύσαντος διδαχθῆναι φασὶν Ἀθηναίους, καὶ διὰ τȣ̃το ἱερὸν Διονύσȣ ὀρθοῦ ἱδρύσασθαι τότε γὰρ ὀρθός ἐςι τῷ ὄντι, καὶ ȣ̓ σφαλερὸς, ὅταν συμμέτρως καὶ κεκραμμένως πίνηται* idem lib. XI. *Φανόδημος δὲ πρὸς τῷ ἱερῷ φησὶ τȣ̃ ἐν λίμναις Διονύσȣ, τὸ γλεῦκος φέροντας τȣ̀ς Ἀθηναίους ἐκ τῶν πίθων τῷ θεῷ κιρνᾶναι. εἶθ᾽ αὐτοῖς προσφέρεσθαι, ὅθεν καὶ λιμναῖον κληθῆναι τὸν Διόνυσον, ὅτι μιχθὲν τὸ γλεῦκος τῷ ὕδατι, τότε πρῶτον ἐπώθη κεκραμμένον.* multa etiam Macrobius ad ſtabiliendam ſuam de Acheloo explicationem è Græcis auctoribus exempla collegit, Saturnaliorum lib. V. ex quo ea, qui volet, petat. poſſunt autem addi illa ex Euripidis Bacchis.

Πῦρ ἀνῆψ᾽ ὅδ᾽ ὡς ἐσεῖδε, δώματα αἴθεσθαι δοκῶν
Ἤισσε ἐκεῖσε, κᾆτ᾽ ἐκεῖσε· δμωσὶν ἀχελῶον φέρειν
ἐννέπων. & ex Andromacha,
Σαίρειν τε δῶμα τ᾽ οὑμὸν ἐκ χρυσηλάτων 86
Τευχέων περισπείρȣσαν ἀχελώȣ δρόσον.

Callimachus quoque apud Theonem Theocriti interpretem in edyll. II. videtur Acheloum pro aqua uſurpaſſe,

Ἔγχει, καὶ πᾶσιν εἶπε Διοκλέος, ȣ̓δ᾽ ἀχελῶος
Κείνου τῶν ἱερῶν αἰσθάνεται κυάθων.

ita enim in veteri codice leguntur hi verſus: pro *πᾶσιν* autem, reponerem *χάριν.*

Ae-

Aeschylus ἐν πέρσαις,

Οἷαι ςρυμονίε πελάγους ἀχελωΐδες
Εἰσὶ, πάροικοι θρηϊκίων ἐπαύλων.

Aristophanes ἐν λυσιςράτῃ,

Σὸν ἔργον ὦ χελῶε Athenæus etiam lib. x. adducit 1. cum ex Achæo· ἀχαιὸς δ' ἐν αἴθωνι ςατορικῷ, τοὺς σατύρους ποιεῖ δυσχεραίνοντας ἐπὶ τῷ ὕδαρῆ πίνειν, καὶ λέγοντας,

Μῶν ἀχελῷος ἦν κεκραμμένος πολύς.

ỷ. 13. *Fudit equum tellus*] De hac re ita Pausanias in Achaicis, πάμφος δὲ, ὃς ἀθηναίοις τοὺς ἀρχαιοτάτους ὕμνων ἐποίησεν, εἶναί φησι τὸν ποσειδῶνα, ἵππων τε δοτῆρα, νεῶνθ' ἰθυκρηδέμνων. Pindari explanator Pythicis, ἐπί τινος πέτρας κοιμηθεὶς ὁ ποσειδῶν, ἀπεσπερμάτισε, καὶ τὸν θορὸν ἀναδεξαμένη ἡ γῆ, ἀνέδωκεν ἵππον πρῶτον, ὃν ἐκάλεσαν σκύφιον.

ỷ. 14. *Cui pingui Ceæ*] Apollonii Rhodii Scholiastes explicans carmen illud e II. Argonauticorum.

Ἦρι δ' ἐτήσιαι αὖραι ἐπέχραον.

Hæc etiam scitu digna, & ab hoc loco non aliena affert: Ἀριςαῖος δὲ ἐν τῇ Κέῳ εὑρὼν τὰ μελισσουργικὰ πρῶτος, καὶ τὴν τε ἐλαίου κατεργασίαν, καὶ κατακυλεσάμενος τοὺς ἐτησίας, ζεὺς Ἀριςαῖος ἐκλήθη, καὶ Ἀπόλλων ἀγρεὺς, καὶ νόμιος.

87 ỷ. 18. *Oleæque Minervæ*] Isocrates Panathen. Φανέντων δὲ τῶν συμβόλων ἑκατέρωθεν, τε τε ῥοθίε, καὶ τε θαλλε, νικᾷ μὲν ἀθηνᾶ, καὶ καταδείκνυσι τὸν θαλλὸν, νίκης εἶναι σύμβολον.

ỷ. 19. *Uncique puer monstrator aratri*] Libet hic adscribere quæ de hac re leguntur apud Pausaniam in Atticis,

Α᾽θηναῖοι δὲ καὶ ὅσοι παρὰ τούτοις, ἴσασι τριπτόλεμον τὸν κελεῦ πρῶτον σπεῖραι καρπὸν ἥμερον & paulo post: ἐλευσινίοις δέ ἐςι τριπτολέμου νάος. ἐςὶ δὲ Προπυλαίας Α᾽ρτέμιδος, καὶ ποσειδῶνος πατρός. Φρέαρ τε καλούμενον καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔςησαν, καὶ ᾖσαν ἐς τὸν θεόν· τὸ δὲ πεδίον πὸ ῥαρίον σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι, καὶ πρῶτον αὐξῆσαι καρπούς. ſunt tamen qui Virgilii locum ad Olιridem referendum putent.

ỳ. 21. *Dique Deæque omnes, ſtudium quibus arva tueri*] Propertius lib. III.

Dique Deæque omnes, quibus eſt tutela per agros.

Vidi etiam Romæ baſim marmoream, in qua Græcis litteris inciſum erat,

ΝΟΜΙΟΙϹ ΘΕΟΙϹ
ΙΟΥΛΙΟϹ
ΑΝΤΟΝΙΝΟϹ

ỳ. 22. *Quique novas alitis nonnullo ſemine fruges*] Euripides ἐν ἱκετίσι,

—— τῇ τροφῇ τ᾽ ἀπ᾽ οὐρανοῦ
Σταγόνας ὑδρηλὰς, ὡς τάγ᾽ ἐκ γαίας τρέφῃ.

ỳ. 27. *Tempeſtatumque potentem*] eodem modo dixit Euripides in Hecuba,

Τοὺς κάτω σθένοντας θεούς.

ỳ. 29. *An deus immenſi venias maris*] Lucretius lib. II.

Unde mare immenſum voluentes, flumina, fontes. 88

Uterque autem ab Homero accepit, qui ἀπείρονα πόντον dixit.

ỳ. 31. *Tethis emat omnibus undis*] Xenophon

ἀνα-

ἀναβάσεως libro VII. σοὶ δ' ὦ Ξενοφῶν. καὶ θυγατέρα δώσω, καὶ εἴτις σοί ἐςι θυγάτηρ ὠνήσομαι θρακίῳ νόμῳ, καὶ βισάνθην οἴκησιν δώσω, ὅπερ ἐμοὶ κάλλιςον χωρίον ἐςὶ τῶν ἐπὶ θαλάσσῃ.

ꝟ.43. *Vere novo*] Tale quiddam illud Homeri in Odyss. τ'.

—— ἀρότοιο δὲ δυσσομενάων. alibi quoque ἔαρι πολεῖν dixit. Theophrastus lib. VIII. περὶ φυτῶν ἱςορίας. ὁμοίως δὲ, inquit, καὶ δύο ἀρότους ὡς ἔοικε, παντὸς τοῦ σίτου ποιοῦνται τὸν μὲν χειμερινὸν, τὸν δὲ θερινόν. Xenophon in Oeconomico. εἰ οὖν ἀρχοίμεθα, ἔφη, ἀροῦν τὴν γῆν χειμῶνος, ἀλλὰ πηλὸς ἂν εἴη, ἐγὼ ἔφην. ἀλλὰ τοῦ θέρους σοὶ δοκεῖ, σκληρὰ, ἔφην ἐγὼ, ἔςαι ἡ γῆ κινεῖν τῷ ζεύγει. κινδυνεύει ἔαρος, ἔφη, εἶναι τοῦ ἔργου ἀρκτέον. εἰκὸς γὰρ, ἔφην ἐγὼ, ἐςὶ μάλιςα χρῆσθαι τὴν γῆν τηνικαῦτα κινουμένην, καὶ τὴν πόαν γε ἀναςρεφομένην. His addenda illa Varronis ex lib. I. de re rustica, *Vere stationes quaedam fiunt, terram rudem proscindere oportet. quae sunt ex ea nata, priusque ex iis quid seminis cadat, ut sint exradicata.* conueniunt autem verba Varronis cum Xenophontiis illis, quae modo citavi.

ꝟ.46. *Ingemere, & sulco attritus splendescere vomer*] Lucretius lib. V.

Vitai causa valido consueta bidenti
Ingemere, & terram proscindere aratris.

ꝟ.48. *Bis quae solem, bis frigora sensit*] Potest hoc videri sumptum e Theophrasto, qui lib. III. περὶ φυτῶν αἰτιῶν, ita scribit. ἡ δὲ κατεργασία ἐν
89 τῷ νεᾶν κατ' ἀμφοτέρας τὰς ὥρας καὶ θέρους καὶ χειμῶνος, ὅπως χειμασθῇ, καὶ ἡλιωθῇ ἡ γῆ. Xenoph. in

G 3 Oe-

Oeconomico: εἶμαι γὰρ δὴ καὶ τῦτό ἐςι γινώσκειν, ὅτι εἰ μέλλει ἀγαθὴ ἡ νεὸς ἔσεσθαι, ὕλης τε καθαρὴν αὐτὴν εἶναι, καὶ ὀπτὴν ὅτι μάλιςα πρὸς τὸν ἥλιον. Huc etiam pertinent illa Varronis ex lib. I. *& simul glebis ab Sole percalefactis aptiores facit ad percipiendum imbrem, & ad opus faciliores, relaxatas. neque ea minus bis arandum, ter melius*, hæc Varro. Plinius tamen refert Virgilium quarto ſulco arandum præcepiſſe, quod ex hoc verſu colligitur,

℣. 51. *Ventos, & varium cæli prædiſcere morem*] Hoc quoque e Theophraſto mutuatus eſt. cuius verba ſunt hæc: διαφέρει πρὸς τὴν τελείωσιν χῶρα τε χωρῶν, καὶ ἀὴρ ἀέρος. & lib. II. περὶ αἰτιῶν, ita ſcribit: ἰσχύει δ' ἕκαςον κατὰ τὴν θέσιν τῆς χώρας. & paulo poſt: ὑπὲρ δὲ τῶν ἄλλων ὅσα συμβαίνει τοῖς δένδροις, ἢ φυτοῖς πειρατέον ἐκ τῶν δένδρων μετιέναι καὶ θεωρεῖν, τὴν ἰδίαν ὀσίαν ἑκάςυ λαμβάνοντας, καὶ τὴν τῆς χώρας φύσιν. & illa M. Varronis e lib. I. non aliena ab hoc loco videntur; ſunt autem hæc. *Non male quæ ſit idonea terra ad colendum, aut non, Diophanes Bithynicus ſcribit ſigna ſumi poſſe, aut ex ipſa, aut ex iis quæ naſcuntur ex ea: ex ipſa, ſi ſit terra alba, ſi nigra, ſi levis, quæ cum fodiatur, facile frietur, naturaque, non ſit cinericia, neve vehementer denſa.* hæc ex Varrone. Sunt autem non diſſimilia illis Theophraſti ex eodem libro: ἀλλ' ἔνια λεπτὴν καὶ λυπρὰν χῶραν φιλεῖ. τὰ δ' ὕφαμμον. ἔνια δὲ καὶ ἀμμώδη τινά· καθάπερ ἡ ῥάφανος Sed quam multa M. Varro e Theophraſto tranſtulerit, quivis intelligere poterit, qui utriusque locos conferat, mihi eos tantum

tum modo indicare ſat erit, qui ad rem noſtram pertinere videbuntur.

℣. 52. *Ac patrios cultus habitusque locorum*] Tranſtulit locum Xenophontis ex Oeconomico. *Φασὶ γὰρ τὸν μέλλοντα ὀρθῶς γεωργήσειν, τὴν φύσιν χρῆναι πρῶτον τῆς γῆς εἰδέναι. ὀρθῶς γε, ἔφην ἐγὼ, ταῦτα λέγοντες, ὁ γὰρ μὴ εἰδὼς, ὅ, τι δύναται ἡ γῆ φέρειν, οὐδ᾽ ὅ, τι σπείρειν, οἴομαι, οὐδ᾽ ὅ, τι φυτεύειν δεῖ εἰδείη ἄν.*

℣. 54. *Hic ſegetes, illic veniunt felicius uvæ*] e Varronis lib. I. de re ruſtica. *non enim eadem omnia in eodem agro recte poſſunt, nam ut alius eſt ad vitem appoſitus, alius ad frumentum, ſic de ceteris alius ad aliam rem.* itaque lib. Georg. II. dixit,

Nec vero terræ ferre omnes omnia poſſunt.

℣. 56. *Nonne vides*] Lucretius lib. IV.

Nonne vides, quam ſint ſubtilia, quamque minuta.

℣. 58. *At Chalybes nudi ferrum*] Hos appellat Aeſchylus in Prometheo, *σιδηροτέκτονας.* & Apollonius Rhodius lib. II. Argonauticorum,

—— μετὰ δὲ σμυγερώτατοι ἀνδρῶν
Ἐργατῖναι. τοί δ᾽ ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλονται.

℣. 59. *Viroſaque Pontus Caſtorea*] Hoc cognoſcere eſt de Strabone, qui lib. III. ita ſcribit,

Τὸ δὲ καςόριον, οὐκ ἔχει τὴν αὐτὴν δύναμιν τῷ ποντικῷ. ἴδιον γὰρ τῷ ποντικῷ πάρεςι τὸ φαρμακῶδες, καθάπερ καὶ ἄλλοις πολλοῖς.

℣. 64. *Pingue ſolum primis extemplo a menſibus*

anni] Sententia accepta a Theophraſto ex lib. III. περὶ αἰτιῶν. Δεῖ γὰρ ὥς Φασι τὴν μὲν ἔπομβρον καὶ ϛερεὰν καὶ βαρείαν, καὶ τὴν πίειραν. θέρους ἐργάζεσθαι, καὶ τοῖς ἀρότροις καὶ τῇ σκαπάνῃ. τὴν δὲ ξηρὰν καὶ μανὴν καὶ τὴν λεπτὴν καὶ κούφην καὶ τοῦ χειμῶνος. δύναται γὰρ ἡ μὲν ξηραίνειν καὶ λεπτύνειν. ἡ δὲ χειμερινὴ παχύνειν καὶ ὑγραίνειν.

℣.71. *Alternis idem tonſas ceſſare novales*] M.
Varro lib. I. *agrum alternis annis relinqui oportet, aut paulo levioribus ſationibus ſerere, id eſt,* 91
quæ minus ſugunt terram. tonſas autem novales
dixit eodem modo, quo Theophraſtus ἐπικείρειν ϛῖτον.

℣.75. *Triſtisque lupini*] Ennius in Sabinarum, ſeu, ut recte indicavit Antonius Auguſtinus, Satyrarum lib. IV.

Neque triſte quæritant ſinapi, neque cepe mæſtum.

Theophraſtus lib. IV. περὶ Φυτῶν αἰτιῶν. Τὸ δ' αὖ θέρμον, inquit, εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἅλω διότι μὴ καταβληθεὶς θερμῆς ἔτι οὔσης τῆς γῆς, κακοβλαϛὴς γίνεται. τούτου δ' αἴτιον ὅτι ἀτέραμον Φύσει, καὶ ὥσπερ ἄπεπτον, δηλοῖ δ' ἡ πικρότης.

℣.77. *Urit avenæ*] ἐπικαρπίζεται, inquit Theophraſtus, σφόδρα καὶ ὁ αἰγίλωψ τὴν γῆν, καί ἐϛι πολύῤῥιζον καὶ πολυκάλαμον.

℣.80. *Ne ſaturare fimo pingui pudeat*] Theophraſtus libro VIII. περὶ Φυτῶν ἱϛορίας. Καὶ ἡ κόπρος δὲ μεγάλα βοηθεῖ, τῷ διαθερμαίνειν, καὶ συμπέπτειν.

℣.81.

℣. 81. *Cinerem immundum iactare per agros*] Theophrastus lib. v. περὶ αἰτιῶν ὥσπερ καὶ τὴν τέφραν παττομένην, εἴτ' οὖν πρὸς τὸ μὴ σκωληκοῦσθαι τὰς ῥίζας, εἴτε καὶ πρὸς τὸ τρέφεσθαι ἅλμη *cinerem veterem* dixit M. Cato in lib. de re rustica.

℣. 92. *Rapidive potentia solis*] Mimnermus apud Strabonem lib. 1. ὠκέος ἠελίοιο dixit.

℣. 93. *Aut Boreæ penetrabile frigus*] Hoc de Lucretio sumptum est, qui *penetrale frigus*, alibi etiam, *manabile frigus* dixit lib. 1.

℣. 96. *Flava Ceres*] Hæc quoque epitheta a Græcis accepta sunt. ξανθὴ Δημήτηρ, Homero in Il. έ.

Ib. *Alto nequicquam spectat olympo*] Locus Callimachi ex hymno in Cererem tantum non ad verbum versus. Sic enim ille,

92 Οὓς δέ κεν εὐμειδής τε καὶ ἵλαος αὐγάσσειεν,
Κείνοις εὖ μὲν ἄρουρα φέρει στάχυν.

℣. 100. *Humida solstitia*] Ait enim Theophrastus lib. IV. περὶ αἰτιῶν. ἀλλὰ πάντων μέγιστος ὁ περιέχων αὐτὰς ἀὴρ πρὸς εὐκαιρίας ὑδάτων, καὶ βίας χειμώνων, καὶ πνευμάτων. ὁποῖα γὰρ ἂν ᾖ ταῦτα, καὶ τὰ σπέρματα οὕτως ἐκτελεῖται. ὃ καὶ ἡ παροιμία καλῶς, ἔτος φέρει, οὔτι ἄρουρα. deest autem in vulgatis codicibus vox illa ἀὴρ, quam nos ope veterum librorum reposuimus.

℣. 101. *Hiberno lætissima pulvere farra*] Huc pertinet rusticum illud carmen, quod vulgo apud veteres circumferebatur, cuius meminit Macrobius; *Hiberno pulvere, verno luto, grandia*

dia farra Camille metes. neque ſane ullo modo dubitandum videtur, quin eo reſpexerit Virgilius. eodem etiam pertinent illa Theophraſti ex lib. III. *περὶ αἰτιῶν· ὡς δ᾽ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἡ ἀγαθὴ χῶρα καὶ χειμώνων δεῖται πολλῶν. ἂν γὰρ εὐδίαι καὶ τὰ νότια ἐνισχύωσι, λεχαίους ποιοῦσιν ὡς ἐπιπολὺ, καὶ ἐρυσιβώδεις. ὁ δὲ χειμὼν πιλώσας καὶ καρκινώσας τὰς ῥίζας, σύμμετρον εἰς τὸ ἔαρ ποιεῖ τὰ μέγεθος.*

ꝟ. 102. *Nullo tantum ſe Mæſia cultu*] *Myſia*, habet vetuſtiſſimus ille codex Colotianus, quam ſcripturam agnoſcit etiam Macrobius Saturnal. lib. v. ſed videndum eſt poſſint ne huc referri illa Pauſaniæ ex Corinthiacis, *ἀπὸ δὲ τῶν κριῶν, οὕτω γὰρ τοῦ θυέστου τὸ μνῆμα ὀνομάζουσι. προελθοῦσιν ὀλίγον, ἔστιν ἐν ἀριστερᾷ χωρίων μυσία. καὶ Δήμητρος μυσίας ἱερὸν, ἀπὸ ἀνδρὸς μυσίου τὸ ὄνομα γενομένου, καὶ τούτου καθάπερ λέγουσιν ἀργεῖοι, ξένου τῆς Δήμητρος.*

ꝟ. 103. *Gargara*] de Gargaris multa apud Macrobium legi poſſunt Saturnaliorum lib. v. quæ ille, explicans hunc Virgilii locum, de Græcis ſcriproribus ſumpſit.

ꝟ. 106. *Deinde ſatis fluvium inducit*] Theophraſtus *περὶ Φυτῶν ἱστορίας* lib. III. *ἔοικε δὲ ἡ μὲν τῶν* 93
ποταμῶν ἔφοδος ἐπάγειν σπέρματα καὶ καρπούς. Videnda Homerica comparatio in Iliade,

Ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἀνὴρ ὀχετηγὸς, & cetera.

ꝟ. 108. *Ecce ſupercilio clivoſi tramitis*] Vſus eſt tranſlatione Homerica in Ilia. *ύ*.

Οἵδ᾽ ἑτέρωσε κάθιζον ἐπ᾽ ὀφρύσι καλλικολώνης.

ꝟ. 111. *Quid qui ne gravidis procumbat culmus ari-*

ariſtis] Locus Theophraſti ex lib. VIII. περὶ Φυτῶν ἱςορίας· ἐν δὲ ταῖς ἀγαθαῖς χώραις πρὸς τὸ μὴ Φυλλομανεῖν ἐπινέμουσι καὶ ἐπικείρȣσι τὸν σῖτον & paulo poſt: ἐν βαβυλῶνι δὲ ἀεὶ καὶ ὥσπερ τετιγμένως ἐπικείρȣσι μὲν δίς. τὸ δὲ τρίτον τὰ πρόβατα ἐπαφιᾶσιν. huc pertinere videtur illud Xenophontis ex Oeconomico. εἰ μὲν, inquit, ἐμβαλὼν τὸ σπέρμα τῇ γῇ, ἔπειτα ἐν ᾧ πολλὴν ἔχει τροφὴν ἡ γῆ ἀπὸ τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃, χλόης γενομένης ἀπὸ τȣ̃ σπέρματος καταςρέψας αὐτὸ πάλιν, τȣ̃το γίνεται σῖτος τῇ γῇ.

℣.114. *Collectum bibula humorem deducit arena*] Hoc quoque ex Lucretio ſumptum eſt, cuius verſus eſt in lib. II.

Litoris incurvi bibulam lavit æquor arenam.

℣.115. *Præſertim incertis ſi menſibus annus abundans*] Locus Xenophontis ex Oeconomico: οἶσθα δήπου, ἔφη, ὅτι ἐν τῷ χειμῶνι πολλὰ ὕδατα γίνεται; τί γὰρ οὐκ, ἔφην ἐγώ. Οὐκοῦν θῶμεν τȣ̃ σίτου καὶ κατακρυφθῆναί τινα ὑπ' αὐτῶν, ἰλύος ἐπιχυθείσης, καὶ ψιλωθῆναί τινας ῥίζας ὑπὸ ῥεύματος καὶ ὕλη δὲ πολλάκις ὑπὸ τῶν ὑδάτων δήπȣ συνεξορμᾷ τῷ σίτῳ, καὶ παρέχει πνιγμὸν αὐτῷ.

℣.118. *Nec tamen hæc cum ſint hominumque boumque labores &c.*] Lucretius lib. v.

Sed tamen interdum magno quæſita labore,
Cum iam per terras frondent, atque omnia florent.
94 *Aut nimiis torrens fervoribus ætherius ſol,*
Aut ſubiti perimunt imbres, gelidæque pruinæ,
Flabraque ventorum violento turbine verſant.

℣. 120. *Strymoniæque grues*] Attigit id quoque Heſiodus,

Δμῶος

Δμῶος ἔχων μακέλην, πόνον ὀρνίθεσσι τιθείη.

ỿ. 121. *Pater ipse colendi*] Poteſt hoc videri ſumptum ab Heſiodo; qui ſic cecinit:

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.

ỿ. 124. *Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno*] Hoc ſecundum illud Heſiodium:

Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἀνέρες ὅσκεν ἀεργὸς
Ζώῃ κηφήνεσσι κοθούροις εἴκελος ὀρμήν.

ỿ. 125. *Ante Iovem nulli ſubigebant arva coloni*] Heſiodus.

Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ᾽ ἀνθρώπων
Νόσφιν ἄτερ τε κακῶν, καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο
Νούσων τ᾽ ἀργαλέων, αἵ τ᾽ ἀνδράσι κῆρας ἔδωκαν.

ỿ. 131. *Ignemque removit*] Hoc quoque ab Heſiodo prius prolatum.

Κρύψε δὲ πῦρ, τὸ μὲν αὖθις ἐῢς παῖς Ἰαπετοῖο
Ἔκλεψ᾽ ἀνθρώποισι, Διὸς παρὰ μητιόεντος

ỿ. 132. *Et paſſim rivis currentia vina repreſſit*] Expreſſit illud Euripidis in Bacchid.

Ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον
Ῥεῖ δ᾽ οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν
Νέκταρι.

ỿ. 138. *Peleiadas, Hyadas*] Verſus ex Homero pene ad verbum converſus. ſic enim in Iliad. σ᾽.

Πληϊάδας θ᾽ ὑάδας τε, τό τε σθένος ὠρίωνος.

ỿ. 146. *Et duris urgens in rebus egeſtas*] Hac ſententia uſus eſt etiam Theocritus edyll. xxv.

Ἁ πενία Διόφαντε μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.

ỿ. 147.

95 ỳ. 147. *Vertere terram*] πολεῖν, Græci. itaque Homerus, νειὸν τρίπολον, dixit.

ỳ. 148. *Cum iam glandes, atque arbuta ſilvæ*] Hinc βαλανηφάγοι dicti ſunt. videndus Pauſanias in Arcad.

ỳ. 150. *Ut mala culmos eſſet rubigo*] Theophraſtus lib. IV περὶ Φυτῶν αἰτιῶν. Τὰ δὲ τῆς ἐρυσίβης, κοινὸν οὐχ ἧττον, ἀλλὰ μᾶλλον ἅπτεται τῶν σιτωδῶν, κριθῆς δὲ μᾶλλον καὶ πυροῦ.

ỳ. 154. *Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ*] Ennius in præceptis,

Vbi videt avenam, lolium creſcere
Inter triticum: ſelegit, ſecernit, aufert ſedulo:
Vi operam addidit, quam tanto ſtudio ſervit.

ỳ. 156. *Et ſonitu terrebis aves &c.*] Heſiod.

— ὁ δὲ τυτθὸς ὄπισθεν
Δμῶος ἔχων μακέλην πόνον ὀρνίθεσσι τιθείη
Σπέρμα κατακρύπτων.

ỳ. 158. *Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis acervum*] in diſſimili re, iisdem fere verbis uſus eſt Lucretius libro II.

Suave mari magno turbantibus æquora ventis
E terra magnum alterius ſpectare laborem.

Quam ſententiam expreſſit M. Tullius epiſtola ad Atticum, quæ incipit, *De Geographia: Cupio*, inquit, *iſtorum naufragia ex terra intueri.*

ỳ. 158. *Heu magnum &c.* Heſiodus,

— μή πως τὰ μεταξὺ χατίζων
Πτώσσῃς ἀλλοτρίους οἴκους καὶ μηδὲν ἀνύσσῃς.

ỳ. 162.

ỳ. 162. *Vomis & inflexi primum grave robur aratri.*] Totus hic locus de illo Hesiodio translatus est,

Ὄλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν,
Ἄξονάθ' ἑπταπόδην &c.

ỳ. 163. *Eleusinæ matris*] Pausanias Laconicis, 96 ἐ πόῤῥω δὲ τῶν ἄκρων τῶν ταϋγέτε, Δήμητρος ἐπίκλησιν ἐλευσινίας ἱερόν.

ỳ. 163. *Voluentia plaustra*] Hesiodus.

Νήπιος, ἐδὲ τόγ' οἶδ, ἑκατὸν δέ τε δέρατ' ἀμάξης.

ỳ. 164. *Et iniquo pondere rastri*] Allusit, ut puto, ad Terentianum senem, qui ait:

At istos rastros interea tamen depone.

& paulo post: *Hui tam gravis hos quæso?*

ỳ. 167. *Omnia quæ multo ante memor*] Id quoque præcipit Hesiodus hoc versu.

Τῶν πρόσθεν μελέτην ἐχέμεν οἰκήϊα θέσθαι.

& alibi,

Τῆμος ἀρ ὑλοτομεῖν, μεμνημένος ὥριον ἔργον.

ỳ. 170. *Et curvi formam accipit ulmus aratri*] Lucretius lib. v.

Nec robustus erat curvi moderator aratri.

ỳ. 175. *Et suspensa focis exploret robora fumus*] Hesiod.

Πηδάλιον δ' ἐνεργὲς ὑπὲρ καπνε κρεμάσασθαι.

ỳ. 178. *Area cum primis ingenti æquanda cylindro*] Quæ de area hic præcipit Virgilius, e Catone sumpta esse alii quoque notarunt. Catonis autem verba sunt hæc. *Aream, ubi frumentum te-*

teratur, ſic facies. confodiatur minute terra, & amurca bene conſpergatur, ut combibat quamplurimum. Vbi bene comminuta terra fuerit, & amurcam combiberit, cylindro aut pavicula coæquato; ubi coæquata erit, neque formicæ moleſtæ erunt, & cum pluet, lutum non erit. Marcus quoque Varro, *Aream*, inquit lib. 1. *eſſe oportet ſolida terra pavitam, maxime ſi eſt argilla, ne æſtu præminoſa, in rimis eius genera oblitefcant, & recipiant aquam, & oſtia aperiant muribus & formicis.*

97 ℣. 183. *Aut oculis capti fodere cubilia talpæ*] Oppianus,

Οὐ μὲν θην ἐδ᾽ ἀσπαλάκων αὐτόχθονα φῦλα
Ποιοφάγων ἀλαῶν.

℣. 187. *Contemplator item*] Lucretius lib. II. *Contemplator enim cum ſolis lumina.*

℣. 187. *Cum ſe nux plurima ſilvis Induet in florem*] Theophylactus in naturalibus problematis, cap. XVII. ita ſcribit, δεῦρο δὴ περὶ ταύτην τὴν ἀμυγδαλὴν ἐνδιατρίψωμεν φίλος, ὡς ἡδύ τι μοι ψιθυρίζει, καὶ μέτριαί τινες αὐτὴν περιπνέουσιν αὖραι. ὅρα τὴν ἀμυγδαλὴν τῷ καρπῷ βριθομένην, καὶ μικρῦ δεῖν τῇ φορᾷ τῦ κυήματος περὶ τὴν γῆν κυρτυμένην, καὶ μένουσαν. τοιγαρῦν εὐετηρίας πολύκρατες τεκμήριον μέγιστον. πολυκρ. πόθεν δῆτα ὦ βέλτιστε; ἀντισθεν εὐκρασίαν ἀέρων ἀσπάζεται τουτὶ τὸ φυτὸν, καὶ τέθηλε πρὸς εὐκαρπίαν, ὅτε που εἰρηναίαν ἄγει ὥραν τὸ περίγειον τουτὶ ἐνδιαίτημα, διὰ τῦτο ἄγγελος εὐετηρίας ἀμυγδαλὴ γίνεται· οὐ χειμῶνος ἔφοδον, οὐκ ὄμβρων ἐπίρροιαν ἀπαγγέλλυσα.

℣. 194.

ỷ. 194. *Et nitro prius*] Theophraſtus περὶ Φυτῶν ἱςορίας lib. 1. βρέξαντα κελεύουσιν καὶ νίτρῳ νυκτὶ τῇ ὑςεραίᾳ σπείρειν ἐν ξηρᾷ.

ỷ. 198. *Ni vis humana quotannis*] hoc ex Lucretii libro v. ſumptum eſſe, nemini opinor ignotum.

Quod ſupereſt arvi tamen id natura ſua vi
Sentibus obducat, ni vis humana reſiſtat.

ỷ. 204. *Præterea tam ſunt Arcturi ſidera nobis &c.*] Aratus,

—— λέγει εὖ ὅτε βῶλος ἀρίςη
Βουσί τε καὶ μακέλῃσι. λέγει δ᾽ ὅτε δεξιαὶ ὧραι
Καὶ φυτὰ γυρῶσαι, καὶ σπέρματα πάντα βαλέσθαι.

ỷ. 207. *Oſtriferi fauces tentantur Abydi*] Catullus apud Terentianum,

Hunc lucum tibi dedico, conſecroque Priape
Qua domus tua Lampſaci eſt, quaque Priape, 98
Nam te præcipue in ſuis urbibus colit ora
Helleſpontiaca ceteris oſtreoſior oris.

Athenæus lib. III. profert verſus quosdam Archeſtrati ex Gaſtronomia, qui hunc Virgilii locum non nihil illuſtrant. ſunt autem hi,

Μῦς αἶνος ἔχει μεγάλους, ὀςρεῖα δ᾽ ἄβυδος,
Τὰς ἄρκτους πάριον, τὰς δὲ κτένας ἡ μυτιλήνη,
Πλείςους δ᾽ Ἀμβρακία παρέχει. & quæ ſequuntur.

Suſpicatus autem aliquando ſum, carmen illud Ennianum, quod apud Appuleium legitur, ex hac Archeſtrati Gaſtronomia expreſſum eſſe; itaque edes phagiticam, inſcriptum, quo plane Græcæ illi inſcriptioni, γαςρονομίᾳ reſponderet; qui vero Græcos verſus cum Latinis Ennianis con-

contulerint, potuerunt hoc quale sit iudicare. Ennii versus ita apud Appuleium leguntur.

Omnibus ut Clypea præstat, mustella marina,
Mures sunt Aeni, aspera ostrea plurima Abydi,
Mus Mytilene est pecte, caradrum
Quæ apud Ambraciæ finis Brundusii
Sargus bonus est, hunc magnus si erit, sume.

¥. 221. *Ante tibi eoæ Atlantides abscondantur*] Hesiodus,

Πληϊάδων ἀτλαγενάων ἐπιτελλομενάων
Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυσσομενάων.

Theophrastus lib. III. περὶ Φυτῶν αἰτιῶν· σπείρειν δὲ, inquit, οἱ μεν κελεύουσι πλειάδος. ξηρὰν γὰρ ἀνικμόντε οὖσαν διαφυλάττειν τὸ σπέρμα τὴν γῆν. οἱδ' ἅμα πλειάσι δυομέναις, ὥσπερ καὶ κλείδημος. ἐπιγίνεσθαι γὰρ ὕδατα καὶ πολλὰ τῇ ἑβδόμῃ μετὰ τὴν δύσιν. & lib. VIII. περὶ Φυτῶν ἱστορίας· ὧραι δὲ σπόρου τῶν πλείστων δύο. πρώτη δὲ καὶ μάλιστα, ἡ περὶ πλειάδων δύσιν, ᾗ καὶ Ἡσίοδος ἠκολούθηκε· καὶ σχεδὸν οἱ πλεῖστοι. διὸ καὶ καλοῦσιν αὐτήν τινες ἄροτον.

99 ¥.225 *Multi ante occasum Maiæ ceperunt*] Locus non dissimilis illi Xenophontio, qui est in Oeconomico. περί γε μέν τοι τοῦ σπόρου, ὁρᾷς. ἄλλο τι ἔφη ὦ σώκρατες, γινώσκεις, ἢ τὴν ὥραν σπείρειν, ἣ γε πάντες μὲν οἱ πρόσθεν ἄνθρωποι πεῖραν λαβόντες, πάντες δὲ οἱ νῦν λαμβάνοντες ἐγνώκασι κρατίστην εἶναι; ἐπειδὰν γὰρ ὁ μετοπωρινὸς χρόνος ἔλθῃ, πάντες που οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσιν, ὁπότε βρέξας τὴν γῆν, ἀφήσει αὐτοὺς σπείρειν. ἐγνώκασι δὲ γ' ἔφην ἐγὼ, ὦ ἰσχόμαχε, καὶ τὸ μὴ ἐν ξηρᾷ σπείρειν. ἑκόντες εἶναι πάντες ἄνθρωποι, δῆλον ὅτι πολλαῖς ζημίαις παλαίσαντες οἱ πρὶν κελευσθῆναι ὑπὸ τοῦ θεοῦ σπείροντες.

ỳ.225. *Sed illos expectata ſeges vanis eluſit avenis.*] Heſiodus,

Εἰ δέκεν ἠελίοιο τροπῆς ἀρόῃς χθόνα δῖαν.
Ἥμενος ἀμήσεις, ὀλίγον περὶ χειρὸς ἐέργων,
Ἀντία δεσμεύων, κεκονιμένος, ὀ μάλα χαίρων.
Οἴσεις δ᾽ ἐν φορμῷ, παῦροι δέ σε θηήσονται.

ỳ.233. *Sol aureus*] Ennius.
—— *ſimul aureus exoritur ſol.*

ỳ.233. *Quinque tenent cælum Zonæ*] Parmenidem primum de quinque Zonis ſcripſiſſe tradit Strabo lib. II. Heraclitus autem Ponticus in Homericis allegoriis citat verſus Eratoſthenis ex Mercurio, quos imitatum eſſe hoc loco Virgilium ſuſpicari fortaſſe quiſpiam poterit. eos igitur verſus, cum non ſatis emendati, nec integri in vulgatis libris circumferantur, proferam equidem ita, ut ſcripti apud Achillem Statium Arati interpretem leguntur, quamvis nec illa quidem ſcriptura omnino mendo vacare videatur.

Πέντε δὲ οἱ ζῶναι περιηγέες ἐσπείρηνται
Αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο,
Ἡ δὲ μία ψαφαρή τε, καὶ ἐκ πυρὸς εἶναι ἐρυθρή.
Ἡ μὲν ἔην μέσση, ἐκέκαυτο δὲ πᾶσα *
Τυπτομένη φλογμοῖσιν, ἐπεὶ ῥά ἑ μοῖραν ὑπ᾽ αὐτὴν
Κεκλιμένοι ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν.
Αἱ δὲ δύο ἑκάτερθε πόλοιο περιπεπηγυῖαι, *
Ἀεὶ κρυμαλέαι, ἀεὶ δ᾽ ὕδατι μογέουσαι,
Οὐ μὴν ὕδωρ, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἀπ᾽ οὐρανόθεν κρύσταλλος,
Κεῖται ἀναπέσχε, περίψυκτος δὲ τέτυκται *
Ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖα, καὶ ἄμβατα ἀνθρώποισιν.
Δοιαὶ δ᾽ ἄλλαι ἔασιν ἐναντίαι ἀλλήλαισιν
Μεσσηγὺς θέρεός τε καὶ ὑετίου ἄμφω *

Εὖ-

Εὔκρητοί τε καὶ ὄμπνιον ἀλδήσκουσαι *
Καρπὸν ἐλευσινίης Δήμητρος, ἐν δέ μιν ἄνδρες
Ἀντίποδες ναίουσι.

Versus autem Eratosthenis ita sunt corrigendi,

Ἡ μὲν, ἔην μεσάτη, ἐκέκαυτο &c.
Μεσσηγὺς θέρεός τε καὶ ὑετίου κρυστάλλου,
Ἄμφω εὔκρητοίτε καὶ ὄμπνιον ἀλδήσκουσαι
Καρπὸν ἐλευσινίης Δήμητρος &c.

ỳ.234. *Semper sole rubens, & torrida semper ab igni*] itaque διακεκαυμένη a Græcis appellatur; quod indicat Eratosthenes illo Hemistichio,

—— καὶ ἐκ πυρὸς εἶναι ἐρυθρή.

vel ut apud Heraclitum legitur, καὶ ἔκπυρος οἷον ἐρυθρή.

ỳ.236. *Cærulea*] Respexit ad illud,

γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο.

ỳ.237. *Mortalibus ægris*] Expressit Homericum illud,

—— δειλοῖσι βροτοῖσι.

ỳ.238. *Via secta per ambas*] Lucretius lib. v.

Qua via secta semel.

ỳ.239. *Obliquus qua se signorum verteret ordo*] λοξὸς κύκλος, Aristoteli. *verteret* autem dixit, alludens ad vocem, τροπάς.

101 ỳ.242. *Hic vertex nobis semper sublimis*] Aratus,

Καί μιν πειραίνουσι δύω πόλοι ἀμφὶς ἐόντες,
Ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἐπίοπτος, ὁ δ' ἀντίος ἐκ βορέαο,
Ὑψόθεν ὠκεανοῖο, δύω δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσιν
Ἄρκτοι ἅμα τροχόωσαι.

℣ 244. *Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis*] Locus ad verbum ex Arato converſus,

Τὰς δεδί' ἀμφοτέρας οἵη ποταμοῖο ἀποῤῥὼξ
Εἰλεῖται, μέγα θαῦμα, δράκων περί τ' ἀμφί τ' ἐαγώς.

℣. 246. *Arctos Oceani metuentes æquore tingi*] Hoc quoque Homerum, hominem non ignarum Aſtrologiæ, prius ceciniſſe conſtat, notum enim omnibus carmen ex Iliad. σ'.

Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καὶ τ' ὠρίωνα δοκεύει,
Οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Muſæus etiam, ſi modo eius ſunt τὰ καθ' ἥρω καὶ Λέανδρον, quæ nomen ipſius præ ſe ferunt.

Καί μιν ὀπιπτεύων οὐκ ὄψομαι δύντα βοώτην,
Οὐ θρασὺν ὠρίωνα, καὶ ἄβροχον ὁλκὸν ἀμάξης.

℣. 246. *Aequore tingi*] Hac de re quatuor lepidiſſimi verſus incerti poëtæ, qui Cretica ſcripſit, leguntur apud Hyginum,

Tuque Lycaoniæ mutata ſemine nymphæ
Quam gelido raptam de vertice Nonacrinæ
Oceano prohibet ſemper ſe tingere Thetis,
Auſa ſuæ quia ſit quondam ſuccumbere alumnæ.

Sed ea tranſlatione videtur prior. uſus Aratus, cum de Cephei occaſu, βάπτων ὠκεανοῖο, dixit de Sole etiam ita,

Εἰ δ' ὁ μὲν ἀνέφελος βάπτοι ῥόου ἑσπερίοιο.

quare & Orpheus in Argonauticis,

Ἀλλ' ὅτε γ' ὠκεανοῖο ῥόον βαπτίζετο τιτάν.

℣. 247. *Illic ut perhibent*] Tale illud Theocriti 102
edyll. VII.

—— ὡς φαντί.

Ib.

Ib. *Aut intempesta silet nox*] Ennius in Annalibus,

Bellum æquis de manibus nox intempesta diremit.

℣.254. *Et quando infidum remis impellere marmor*] docet hoc Hesiodus his versibus,

Ἤματα πεντήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο
Ἐς τέλος ἐλθόντος θέρεος καματώδεος ὥρης
Ὡραῖος πέλεται θνητοῖς πλόος. infidum autem mare dixit, imitatus illud Lucretii lib. II.

Infidi maris insidias, viresque dolumque.

℣.256. *Aut tempestivam silvis evertere pinum*] Hunc locum e Catone translatum esse notavit etiam Macrobius. Catonis verba sunt hæc. *At ulmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiem omnem cum & fodies, luna decrescente eximito, sine vento austro. tum vero erit tempestiva, cum semen suum maturum erit.* quibus verbis expressit Theophrasti sententiam ex libro V. περὶ Φυτῶν ἱστορίας· κελεύουσι δὲ, inquit, καὶ δεδυκυίας τῆς σελήνης τέμνειν, ὡς σκληροτέρων καὶ ἀσαπεστέρων γινομένων. Tempestivam autem, dixit alibi Theophrastus, ὡραῖα τέμνεσθαι ξύλα.

℣.257. *Signorum obitus, speculamur & ortus*] Imitatus videtur illud Catulli de coma Berenices,

Qui stellarum ortus noverit atque obitus.

Lucretius quoque lib. IV.

Sidera cessare ætheriis affixa cavernis
Cuncta videntur, & assiduo sunt omnia motu,
Quando quidem longos obitus exorta revisunt.

℣.265. *Atque Amerina parant lentæ retinacula viti*]

viti] Corbulas Amerinas dixit Cato in lib. de re rustica.

℣. 260. *Multa forent quæ mox cælo properanda sereno.*] Hesiodus, 103

Τῶν πρόσθεν μελέτην δεῖ ἔχειν οἰκήϊα θέσθαι.

℣. 268. *Festis quædam exercere diebus*] Lucretius lib. v.

—— *& festis cogit celebrare diebus.*

℣. 269. *Rivos deducere*] *diducere*, scriptum est in optimo illo libro Colotiano, quomodo etiam legitur apud Catonem: *Aquam diducere in vias, & segetem curare oportet, uti fluat.*

℣. 276. *Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna*] Hesiodus,

Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

℣. 277. *Quintam fuge, pallidus Orcus*] Totus hic locus de Hesiodo sumptus est,

Πέμπτας δ' ἐξαλέασθαι, ἐπεὶ χαλεπαί τε καὶ αἰναί.
Ἐν πέμπτῃ γάρ φασιν ἐριννύας ἀμφιπολεύειν
Ὅρκον τιννυμένας, τὸν ἔρις τέκε πῆμ' ἐπιόρκοις.

℣. 281. *Ter sunt conati imponere Pelio Ossam*] nota omnibus fabula, quam versibus persecutus est Homerus in Odyss. λ'.

Οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην ἐν ὀλύμπῳ
Φυλόπιδα στήσειν πολυάϊκος πολέμοιο,
Ὄσσαν ἐπ' ὀλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.

℣. 286. *Nona fugæ melior*] Aliter Hesiodus, cuius versus ex eo poëmate, quod ἡμέραι inscriptum est,

eſt, nullo negocio peti poſſunt. ego, quia non admodum ad rem facere videntur, non recitabo.

ŷ. 288. *Aut cum Sole novo terras irrorat eous*] Theophraſtus lib. IV. περὶ Φυτῶν αἰτιῶν. τὰ δ' ὄσπρια θερίζυσιν ἐγχυλότερα, καὶ πρὸς τὸ δύνασθαι συλλέγειν. ξηρανθέντα γὰρ καταῤῥεῖν. τὸν δὲ θερμὸν τῦ ἀέρος ἀνυγραινομένυ, κατὰ τὸ ἑωθινόν ἂν γὰρ πρότερον θίγῃ τὶς, ἐκπίπτει καὶ οὐκ ἔξεςι λαβεῖν.

104 ŷ. 293. *Interea longum cantu ſolata laborem*] Ariſtoteles Problematis. διὰ τὶ οἱ πονῦντες καὶ οἱ ἀπολαύοντες αὐλῦνται. ἢ ἵνα οἱ μεν ἧττον λυπῶνται. οἱ δὲ μᾶλλον χαίρωσιν.

ŷ. 294. *Arguto coniux percurrit pectine telas*] Euripides Iphigenia Taurica.

— ὐδ' ἱςοῖς ἐν καλλιφθόγγοις
Κερκίδι Παλλάδος ἀτθίδος εἰκὼ
Τιτάνων ποικίλλουσα.

ŷ. 299. *Nudus ara, ſere nudus*] Verſus tranſlatus ex Heſiod.

Γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, γυμνὸν δ' ἀμᾶσθαι.
Scio autem Grammaticos, in hoc carmine explicando alios aliter ſentire. ac vidi qui locum illum Plinii ex libro de viris illuſtrib. huc referendum putarent. *Quintius*, inquit, *Dictator dictus: ad quem miſſi legati nudum eum arantem trans Tiberim offenderunt.*

Ib. *Hiems ignava colono*] Iuxta illud Heſiodium,

Ἐν θυμῷ δ' εὖ πάντα φυλάσσεο, μὴ δέ σε λήθοι,
Μὴ τ' ἔαρ γινόμενον πολιὸν, μήθ' ὥριος ὄμβρος,

Πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον τ' ἐπ' ἀλέα λέσχην
Ω῎ρῃ χειμερίῃ, ὁπότε κρύος ἀνέρας εἴργον
Ι᾿σχάνῃ, ἔνθακ' ἄοκνος ἀνὴρ μέγα οἶκον ὀφέλλῃ.

ỷ. 302. *Invitat genialis hiems*] Turpilius in ea Comœdia, quæ Philopater inscribitur,

Lucus ipse invitat hercle hic Veneris.

ỷ. 308. *Auritosque sequi lepores*] Afranius in Priapo,

Nam quod vulgo prædicant.
Aurito me patre natum: non ita est.

ỷ. 318. *Omnia ventorum concurrere prælia vidi*] Theophrastus lib. VIII. περὶ φυτῶν ἱστορίας ἀπόλλυται δὲ καὶ ὑπὸ τῶν πνευμάτων καὶ πυρὸς καὶ κριθὴ, ὅταν ᾖ ἀνθοῦντα ληφθῇ ἢ ἄρτι ἀπηνθηκότα καὶ ἀσθενῆ.

ỷ. 322. *Sæpe etiam immensum*] Respexit ad Homericam illam comparationem, quæ est in Iliad. π'. 105

Ω῾ς δ' ὑπὸ λαίλαπι πᾶσα κελαινὴ βέβριθε χθὼν
Η῏ματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ
Ζεύς. & paulo post:
Τῶν δέ τε πάντες μὲν ποταμοὶ πλήθουσι ῥέοντες,
Πολλὰς δὲ κλιτῦς τότ' ἀποτμήγουσι χαράδραι,
Ε᾿ς δ' ἅλα πορφυρέην μεγάλα στενάχουσι ῥέουσαι
Ε᾿ξ ὀρέων ἐπὶ κὰρ, μινύθει δέ τ' ἔργα ἀνθρώπων.

ỷ 325. *Sata læta, boumque labores*] Hesiodus,

Ε῎ργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο, καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν.

Supra etiam dixit,

— *hæc cum sint hominumque boumque labores.*

quomodo Homerus,

—— ἀνδρῶν πίονα ἔργα.

&

& Apollonius Rhodius Argonauticorum lib. IV.

— ἠέ τιν' ὄμβρον
Α᾽σπετον, ὅςε βοῶν κατὰ μυρία ἔκλυσεν ἔργα.

Tyrtæus quoque apud Pausaniam in Messeniacis,

Εἰκοςῷ δ' οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λιπόντες.

ỳ.330. *Fugere feræ &c.*] Hesiodus,

Θῆρες δέ Φρίσσουσ', ὀρὰς δ' ὑπὸ μέζε ἔθεντο. &,
Καί τοτε δὴ κέραοὶ καὶ νήκεροι ὑληκοῖται
Λυγρὸν μυλιόωντες ἀνὰ δρία βησσήεντα
Φεύγουσιν &c.

ỳ.331. *Ille flagranti*] Varro Atacinus,

Cum te flagranti deiectum fulmine Phaeton.

ỳ.332. *Aut Atho, aut Rhodopen*] Hemistichium ad verbum expressum e Theocrito edyll. VII.

Η᾽ ἄθω, ἢ ῥοδόπαν, ἢ καύκασον ἐσχατόωντα.

ỳ.334. *Nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt*] Hesiodus,

— μέμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη. &,
106 — καὶ πᾶσα βοᾷ τότε νήριτος ὕλη.

Ib. *Nunc litora plangunt*] Lucretius lib. II.

Nec mare, nec fluctus plangentes.

ỳ.336. *Frigida Saturni sese quo stella receptet*] Hoc e Democrito sumpsisse Virgilium scribit Plinius lib. XVIII. cuius me loci admonuit vir summæ eruditionis Scipio Tettius Neapolitanus.

ỳ.338. *In primis venerare deos*] ex Hesiodo,

Εὔχεσθαι δὲ Διὶ χθονίῳ, δημήτερίθ' ἁγνῇ,
Ε᾽κτελέα βρίθειν δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν.

℣.341. *Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina*] Hic quoque locus ex Hesiodo translatus est,

Τῆμος πιόταταί γ' αἶγες, καὶ οἶνος ἄριστος.

℣.350. *Det motus incompositos*] Lucretius lib. I.

Et quos inter se dent motus, accipiantque.

℣.351. *Atque hæc ut certis possimus discere signis*] Hæc tempestatum prognostica ex Arati libro, qui Διοσημεῖα inscribitur, translata esse multi Græcæ linguæ periti iampridem admonuerunt; versus tamen Græcos Arateos cum Latinis Virgilianis paucos, quod sciam, coniunxerunt. quæ vero χειμώνων σημεῖα ab Aristotele & Theophrasto ἐν τῷ περὶ χειμώνων, aliisque scripta sunt, pertinent illa quidem ad hunc locum, sed ego ea tantum attingam, quæ manifesto Virgilium imitatum esse constabit.

℣.351. *Vt certis possimus discere signis*] Aratus,

Αὐτὸς γὰρ τά γε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν,
Ἄστρα διακρίνας. ἐσκέψατο δ' εἰς ἐνιαυτὸν
Ἀστέρας, οἵκε μάλιστα τετυγμένα σημαίνοιεν
Ἀνδράσιν ὡράων, ὄφρ' ἔμπεδα πάντα φύωνται.

M. Tullius in oratione pro L. Muræna: *Tempestates*, inquit, *sæpe certo aliquo cæli signo commoventur, sæpe obscura aliqua causa concitan-* 107
tur.

℣.356. *Continuo ventis surgentibus*] Aratus,

Σῆμα δέ τοι ἀνέμοιο, καὶ οἰδαίνουσα θάλασσα
Γιγνέσθω. καὶ μακρὸν ἐπ' αἰγιαλοὶ βοόωντες,
Ἀκταί τ' εἰνάλιοι, ὁπότ' εὔδιοι, ἠχήεσσαι

Γίγ-

Γίγνονται· κορυφαί τε βοώμεναι οὔρεος ἄκραι.

℣. 362. *Cumque marinæ in ſicco ludunt fulicæ*] Aratus,

Πολλάκι δ' ἀγριάδες νῆσσαι, ἢ εἰν ἁλὶ δῖναι
Αἴθυιαι χερσαῖα τινάσσονται πτερύγεσσι.

A. Furius Antias in poëmatibus.

Vtque fulica levis volitat ſuper æquora claſſis,
Spiritus Eurorum virides cum purpurat undas.

℣. 364. *Atque altam ſupra volat ardea nubem*] Aratus,

Καὶ δ' ἂν ἐπὶ ξηρὴν ὅτ' ἐρωδιὸς ἐ κατὰ κόσμον
Ἐξ ἁλὸς ἔρχηται φωνῇ περὶ πολλὰ λεληκὼς,
Κινυμένε κε θάλασσαν ὑπερφορέοιτ' ἀνέμοιο.

℣. 367. *Flammarum longos a tergo albeſcere tractus*] hoc verſu interpretatus eſt Arateum illum verbis pene Lucretianis; ſic enim Aratus,

Καὶ διὰ νύκτα μέλαιναν, ὅτ' ἀςέρες ἀΐσσωσι
Ταρφέα, τοὶ δ' ὄπισθεν ῥυμοὶ ὑπολευκαίνονται.

Lucretius vero lib. II.

Nonne vides longos flammarum ducere tractus?

Rectius autem Virgilius expreſſiſſe videtur verbum ὑπολευκαίνονται.

℣. 368. *Sæpe levem paleam, & frondes volitare caducas*] Aratus,

Ἤδη καὶ πάπποι λευκῆς γήρειον ἀκάνθης
Σῆμ' ἐγένοντ' ἀνέμε, κωφῆς ἁλὸς ὁππότε πολλοὶ
Ἄκρον ἐπιπλείωσι. τὰ μεν πάρος. ἄλλα δ' ὀπίσσω.

℣. 370. *At Boreæ de parte truci*] ex Arato,

Αὐτὰρ ὅτ' ἐξ εὔροιο, καὶ ἐκ νότου ἀςράπτῃσιν,

Ἀλ-

Ἄλλοτε δ' ἐκ Ζεφύροιο καὶ ἄλλοτε πὰρ βορέαο, 108
Δὴ τότε τις πελάγει ἔνι δείδιε ναυςίλος ἀνήρ.

ỷ. 375. *Aeriæ fugere grues*]

Οὐδ' ὕψȣ γεράνων μακραὶ ςίχες αὐτὰ κέλευθα
Τείνονται, ςροφάδες δὲ παλιμπετὲς ἀπονέονται.

ỷ. 375. *Aut bucula cælum Suſpiciens*] Libet hic adſcribere verſus quosdam Atacini Varronis, qui Arati ſententiam, quam ſecutus eſt hoc loco Virgilius, eleganter exprimunt; eos vero non ſolum imitatus eſt noſter poëta; verum etiam ſuis integros immiſcuit. Sed prius Aratea carmina recitabo, deinde ſubiungam illa Varronis,

Καὶ βόες ἤδη τοι πάρος ὕδατος ἐνδίοιο
Οὐρανὸν εἰσανιδόντες, ἀπ' αἰθέρος ὠσφρήσαντο.

Varronis verſus ſunt hi,

Tum liceat pelagi volucres, tardæque paludis
Cernere inexpleto ſtudio certare lavandi;
Et velut inſolitum pennis infundere rorem:
Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo,
Et bos ſuſpiciens cælum, mirabile viſu,
Naribus aerium patulis decerpit odorem.
Nec tenuis formica cavis non evehit ova.

ỷ. 377. *Aut arguta lacus circumuolitavit hirundo*] Aratus,

Ἠ λίμνην περὶ δηθὰ χελιδόνες ἀΐσσονται
Γαςέρι τύπτȣσαι αὔτως εἰλυμένον ὕδωρ.

Verſus autem Virgilii totus eſt deſcriptus ex illo Varronis, quem ſupra recitavi.

ỷ. 378. *Et veterem in limo ranæ cecinere querelam*] Aratus,

Ἠ

Ἠ μᾶλλον δειλαὶ γενεαὶ ὕδροισιν ὄνειαρ,
Αὐτόθεν ἐξ ὕδατος, πατέρες βοάωσι γυρίνων.

109 & M. Tullius in quadam ad Atticum epiſtola, ranæ, inquit, ῥητορεύουσιν.

℣. 379. *Sæpius & tectis penetralibus extulit ova*] Arato,

Καὶ κοίλης μύρμηκες ὀχῆς ἐξ ὠέα πάντα
Θᾶσσον ἀνηνέγκαντο

Lucretius lib. v. *anguſtum per iter* dixit,

℣. 380. *Et bibit ingens arcus*] Aratus,

Ἠ διδύμη ἔζωσε διὰ μέγαν οὐρανὸν ἶρις.

Plautus in Curculione,

Ecce autem bibit arcus, pluet credo hercle hodie.

℣. 382. *Corvorum increpuit denſis exercitus alis*] Aratus,

— καίπου κόρακες δίους σταλαγμοὺς
Φωνῇ ἐμιμήσαντο σὺν ὕδατος ἐρχομένοιο,
Ἠ ποτε καὶ κρώζαντε βαρείῃ δισσάκι φωνῇ
Μακρὸν ἐπιῤῥοιζεῦσι τιναξάμενοι πτερὰ πυκνά.

& alibi,

Δήποτε καὶ γενεαὶ κοράκων, καὶ φῦλα κολοιῶν
Ὕδατος ἐρχομένοιο Διὸς πάρα σῆμ' ἐγένοντο.

Nicander quoque in Theriacis,

—— κόραξ τ' ὀμβρήρεα κρώζων. Lucretius,

Corvorumque greges, ubi aquam dicuntur & imbres
Poſcere.

℣. 383. *Quæ Aſia circum*] Videtur reſpexiſſe ad Homeri locum, qui eſt in Ilia. β.

Τῶν

Τῶν δ' ὥς' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ
Α'σίῳ ἐν λειμῶνι, καΰςρίȣ ἀμφὶ ῥέεθρα
Ε'νθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι.

℣. 385. *Certatim largos humeris infundere rores*] Arat.

Πολλάκι λιμναῖαι, ἢ εἰνάλιαι ὄρνιθες ἄπληςον
Κλύζονται ἐνιέμεναι ὑδάτεσσιν.

Varro,

Et velut insolitum pennis infundere rorem.

℣. 387. *Et studio incassum videas gestire lavandi*] ἀποςροφὴ, qualis apud Homerum,

Ε'νθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδῃς ἀγαμέμνονα δῖον.

Varro,

Cernere inexpleto studio certare lavandi.

℣. 388. *Tum cornix rauca*] Aratus,

Η'πȣ καὶ λακέρυζα παρ' ἠιόνι προυχέσῃ
Χείματος ἀρχομένȣ χέρσῳ ὑπέκυψε κορώνη,
Η'πȣ ποταμοῖο ἐφάψατο μέχρι παρ' ἄκρους
Ω'μȣς ἐκ κεφαλῆς, ἢ καὶ μάλα πᾶσα κολυμβᾷ
Η' πολλὰ ςρέφεται παρ' ἠιόνι παχέα κρώζȣσα

Euphorion etiam cornicem, ὑετόμαντιν appellavit hoc versu, —— ὑετόμαντις ὅτȣ κρώζειε κορώνη.

℣. 390. *Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ*] Aratus,

Η' λύχνοιο μύκητες ἀγείρονται περὶ μύξαν
Νύκτα κατὰ σκοτίην, μηδ' ἢν ὑπὸ χείματος ὥρῃ
Λύχνων ἄλλοτε μέν τε φάος κατὰ κόσμον ὀρώρει,
Α'λλοτε δ' ἀίσσωσιν ἄπο φλόγες ἠΰτε κοῦφαι
Πομφόλυγες, μηδ' εἴκεν ἐπ' αὐτόφι μαρμαίρȣσιν
Α'κτῖνες. & alibi,

Μὴ

Μὴ δὲ σύγ' ἠὲ χύτρης, ἠὲ τρίποδος πυριβήτεω
Σπινθῆρες, ὅτ' ἔωσι περιπλέονες λελαθέσθαι.

ỳ. 392. *Et putres concreſcere fungos*] Ariſtoph. Veſpis,

Ε῎πεισι γοῦν τοῖς λύχνοις οὑτοιὶ μύκητες.
Φιλεῖ δ' ὅταν ᾖ τουτὶ, ποιεῖν ὑετὸν μάλιστα.

Callimachus apud Theonem Arati interpretem.

—— εὖτ' ἂν
Λύχνου δαιομένου ἄδδην ἐγένοντο μύκητες.

ỳ. 395. *Nam neque tum ſtellis acies obtuſa videtur*] Arat.

111 Η῏μος δ' ἀστερόθεν καθαρὸν φάος ἀμβλύνηται.

ỳ. 397. *Tenuia nec per cælum vellera ferri*] Aratus,

Πολλάκι δ' ἐρχομένων ὑετῶν νέφεα προπάροιθεν
Οἷα μάλιστα πόκοισιν ἐοικότα ἰνδάλλονται.

Ariſtophanes ἐν νεφέλαις,

Εἴξασιν οὖν ἐρίοισι πεπταμένοισι.

ỳ. 399. *Dilectæ Thetidi halcyones*] ex Theocrit. edyll. VII.

Α'λκυόνες γλαυκαῖς νηρηΐσι, ταί τε μάλιστα
Ο'ρνίθων ἐφίλαθεν, ὅσαις τε πὰρ ἐξ ἁλὸς ἄγρα.

Ariſtot. lib. V. περὶ ζώων ἱστορίας· ἡ δὲ ἀλκυὼν τίκτει περὶ τροπὰς χειμερινάς. διὸ καὶ καλοῦνται, ὅταν εὐδιειναὶ γένωνται αἱ τροπαὶ, ἀλκυονίδες ἡμέραι, ἑπτὰ μὲν πρὸ τροπῶν, ἑπτὰ δὲ μετὰ τροπὰς, κατὰ καὶ σιμωνίδης ἐποίησεν, ὡς ὁπόταν χειμέριον κατὰ μῆνα πινύσκῃ ζεὺς ἤματα τεσσαρακαίδεκα, λανθανεμόν τέ μιν ὥραν καλέουσιν ἐπιχθόνιοι, ἱερὰν, παιδοτρόφον ποικίλας ἀλκυόνος.

ỳ. 400.

℣. 400. *Immundi meminere ſues iactare manipłos*] Arat.

—— ȣ̓ δὲ σύες φορυτῷ ἔπι μαργαίνȣσαι.

℣. 401. *At nebulæ magis ima petunt*] Aratus,

Εἴγε μὲν ἠερόεσσα παρὲξ ὄρεος μεγάλοιο
Πυθμένα τείνηται νεφέλη. ἄκραι δὲ κολῶναι
Φαίνονται καθαραὶ, μάλα κεν τό θ' ὑπεύδιος εἴης.
Εὔδιος κ' εἴης, καὶ ὅτε πλατέος περὶ πόντȣ
Φαίνηται χθαμαλὴ νεφέλη· μήδ' ὑψόθι κύρῃ,
Ἀλλ' αὐτȣ̃ πλαταμῶνι παραθλίβηται ὁμοίη.

℣. 403. *Nequicquam ſeros exercet noctua cantus*] Aratus,

—— καὶ νυκτερίη γλαῦξ
Ἥσυχον ἀείδȣσα μαραινομένȣ χειμῶνος
Γιγνέσθω τοι σῆμα, καὶ ἥσυχα ποικίλλουσα.

℣. 404. *Apparet liquido ſublimis in aëre Niſus*] Nota eſt hæc de Niſo fabula cum apud Pauſaniam in Atticis, tum apud Euſtathium in commen: in Dionyſium, quam ille ſumpſit ex Parthenio, qui 112
τὰς μεταμορφώσεις ſcripſit. meminit etiam Aeſchylus in Choephoris.

℣. 410. *Tum liquidas corvi preſſo ter gutture voces*] Totus hic locus reſpicit ad verſus illos Arati;

—— αὐτὰρ ἔπειτα μεταθρόα κεκλήγοντες,
Πλειότεροι δ' ἀγεληδὸν ἐπὴν κοίτοιο μέδωνται
Φωνῆς ἔμπλειοι, χαίρειν καίτις οἴοιτο,
Οἷα τὰ μὲν βόωσι λιγαινομένοισιν ὁμοῖα.

℣. 415. *Haud equidem credo quia ſit divinitus illis*] Videtur hoc pertinere ad dogma illud Epicuri

curi in epiſtola ad Pythoclem apud Laërtium, quod ſecutus eſt etiam Lucretius: *αἱ δὲ ἐπισημασίαι*, inquit, *αἱ γινόμεναι ἐπὶ τοῖς ζώοις, κατὰ συγκύρημα γίνονται τοῦ καιροῦ οὐ γὰρ τὰ ζῶα ἀνάγκην τινὰ προσφέρεται τοῦ ἀποτελεσθῆναι χειμῶνα, οὐ δὲ κάθηταί τις θεία φύσις παρατηροῦσα τὰς τῶν ζώων τούτων ἐξόδους, κἄπειτα τὰς ἐπισημασίας ταύτας ἀποτελεῖ. οὐδὲ γὰρ εἰς τὸ τυχὸν ζῶον κἂν μικρῷ χαριέστερον ᾖ, ἡ τοιαύτη μωρία ἐκπέσῃ, μὴ ὅτι εἰς παντελῆ εὐδαιμονίαν κεκτημένον.*

ỳ.418. *Iuppiter humidus auſtris*] Apollonius Rhodius lib. II. — *Διὸς ἰκμαίοιο*
quem locum explicans Interpres, ita ſcribit, *ἰκμαίου τοῦτ' ἔστι διύγρου, ἐπεὶ αἴτιος γέγονε τῆς πνοῆς τῶν ἀνέμων.*

ỳ.420. *Vertuntur ſpecies animorum*] Huc referri poteſt Homeri illud ex Iliade.

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

quos verſus ita M. Tullius interpretatus eſt,

Tales ſunt hominum mentes, qualis pater ipſe
Iuppiter auctiferas luſtravit lumine terras.

ỳ.428. *Si nigrum obſcuro comprenderit aëra cornu*] Aratus,

Ἄλλοτι δ' ἄλλο μελαινομένη, δοκέειν ὑετοῖο.

113 ỳ.430. *At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem*] Aratus,

Πάντα δ' ἐρευθομένη δοκέειν ἀνέμοιο κελεύθην.

& alibi,

— λεπτὴ δὲ καὶ εὖ μάλ' ἐρευθὴς
πνευματίη.

℣. 432. *Sin ortu in quarto*] Aratus,

Σκέπτεο δὲ πρῶτον κεράτων ἑκάτερθε σελήνην.
Ἄλλοτε γὰρ τ' ἄλλη μιν ἐπιγράφει ἕσπερος αἴγλη,
Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖαι κορυφαὶ κερόωσι σελήνην
Εὐθὺς ἀεξομένην. αἱ μὲν τρίτῃ· αἱ δὲ τετάρτῃ,
Τάων καὶ περὶ μηνὸς ἐφεςαότος πεκύθοιο,
Λεπτή τε καθαρή τε περὶ τρίτον ἦμαρ ἐοῦσα
Εὔδιος κ' εἴη. & alibi,
Πάντη γὰρ καθαρῇ, καὶ μάλ' εὔδια τεκμήραιο.

℣. 437. *Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ*] Hunc versum e Parthenio transtulisse Virgilium tradit Gellius.

Γλαύκῳ, καὶ Νηρεῖ, καὶ Ἰνώῳ Μελικέρτῃ.

ita apud Macrobium legitur hic versus. in vulgatis autem Gellii codicibus, εἰναλίῳ Μελικέρτῃ. Lucilius epigr. lib. VI.

Γλαύκῳ καὶ Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ.

℣. 438. *Sol quoque & exoriens, & cum se condet in undas*] Aratus,

Ἠελίοιο δέ τοι μελέτω ἑκάτερθεν ἰόντος,
Ἠελίῳ καὶ μᾶλλον ἐοικότα σήματα κεῖται,
Ἀμφότερον, δύνοντι, καὶ ἐκ περάτης ἀνιόντι.

℣. 439. *Solem certissima signa sequentur*] ex Arato,

Αὐτὸν ἐς ἠέλιον, τοῦ καὶ σκοπιαὶ καὶ ἄρισται.

℣. 441. *Ille ubi nascentem maculis variaverit ortum*] Aratus,

Μή οἱ ποικίλλοιτο νέον βάλλοντος ἀρούραις
Κύκλος, ὅτ' εὐδίῃ κεχρημένος ἤματος εἴης. 114
Μή δέ τι σῆμα φέροι, φαίνοιτο δὲ λιτὸς ἁπάντῃ.

Calpurnius Bassus, si modo eius sunt commentaria

taria illa in Germanicum edita, ut nonnulli affirmant, ita de hac re ſcribit: *Si ſol in ortu ſuo maculoſus ſit, atque ſub nube latens, aut dimidia parte apparuerit, imbres futuros innuit.*

℣.442. *Conditus in nubem, medioque refugerit orbe*] Aratus,

Μή δ᾽ ὅτε οἱ ὀλίγη νεφέλη παρὸς ἀντέλλῃσι,
Τὴν δὲ μετ᾽ ἀκτίνων κεχρωσμένος αὐτὸς ἀερθῇ
Α᾽μνηςεῖν ὑετοῖο.

℣.444. *Arboribusque ſatisque notus*] Aratus,

Μὴ δὲ λίην ὀρύχοιεν, ἐπεὶ ὃ κατὰ κόσμον
Γίγνεται ὔτε φυτοῖς χειμὼν φίλος, ὔτ᾽ ἀρότοισιν.

℣.445. *Aut ubi ſub lucem*] Aratus,

Οἷος δ᾽ ἐκ νεφέων ἀναφαίνεται οὔλιος ἀςὴρ
Παμφαίνων. ὅτε δ᾽ αὖθις ἔδυ νέφεα σκιόεντα.

& alibi,

Οὐδ᾽ ὁπότ᾽ ἀκτίνων αἱ μὲν νότον, αἱ δὲ βορῆα
Σχιζόμεναι βάλλωσι.

M. Varro, *Si exoriens Sol concavus videtur, ita ut e medio fulgeat, & radios faciat partim ad Aquilonem, partim ad Auſtrum, tempeſtatem humidam & ventoſam futuram innuit.*

℣.447. *Tithoni croceum linquens Aurora cubile*] Hoc ex Homero ſumptum eſt, nota enim illa ex Iliad. λ'.

Η᾽ὼς δ᾽ ἐκ λεχέων παρ᾽ ἀγαυῦ Τιθωνοῖο
Ω᾽ρνυθ᾽ ἵν᾽ ἀθανάτοις φόως φέροι, ἠδὲ βροτοῖσι.

quos verſus æmulatus eſt A. Furius Antias annalium lib. 1. a quo hemiſtichium fortaſſe accepit Virgilius,

Interea Oceani linquens Aurora cubile.

ỷ.450. *Hoc etiam emenſo cum iam decedet Olym-* 115
po] Aratus,

Ἑσπερίοις γὰρ μᾶλλον ἐπέτραπε σήμασι τούτοις,
V. 147. Prior pars vetuſti Scholii lecta fuit *Euſtathio*, p. 1362. haec ſcribenti v. 34. ἐνταῦθα δοκεῖ τισιν ἄλλο εἶναι τὰς Κρήνας παρὰ τὰς πηγὰς, ἴσως δὲ ἐ καλῶς. -- Ubi legitur πρὸ τριῶν τῆς Ἰλίε ςαδίων· *Heringa* malebat, ἀπὸ τριῶν· alterum illud tuebitur Praeſtantiſſ. *Gavellus* in Miſcell. Nov. T. VII. p. 781. -- Deinde literis ἀπο intricati ductus erant adpoſiti in Mſ. e quibus effeci ἡ ἀπὸ πρόθεσις. --- Poſtrema Scholii pars ſine dubio depravata potuerat quidem corrigi ad hanc normam: αὐτὸς δὲ ψυχαγωγεῖ διὰ τῆς ἀφηγήσεως τὸν ἀκροατήν· ſed vulnus ea ratione tantum fuiſ-

ſet

ſet obligatum. Sic leguntur ultima in Mſ. δαιμονίως δὲ τὸν τῆς διάξεως καιρὸν ἀργὸν οὐ κατέλιπεν, ἀλλ' ὥσπερ διατριβὴν ποριζόμενος τῇ ἀκοῇ, τὰς μὲν τρέχειν φησὶν, αὐτὸς ψυχαγωγῇ τῆς ἀφηγήσεως τὸν ἀκροατήν. Cogitet quispiam a literis vicinis eliſam voculam ἵνα, & locum fore ſanum, ſi reſtituas: ἵνα αὐτὸς ψυχαγωγῇ τῇ ἀφηγήσει τ. ἀ. mihi vero ſic videtur; veterem Grammaticum ſcripſiſſe: ἀλλ', ὥσπερ διατριβὴν πορίζομενος τῇ ἀκοῇ, τὰς μὲν τρέχειν ἐᾷ, αὐτὸς δὲ ...... ut cetera interciderint, quibus artificium Poëtae in v. 149. & ſeqq. monſtraverit. Deinde hariolor, recentiorem quempiam illis verbis, ὥσπερ διατριβὴν πορίζομενος τῇ ἀκοῇ, veluti formulae loquendi minus intellectae commodum interpretamentum adieciſſe: ἵνα ψυχαγωγῇ διὰ τῆς ἀφηγήσεως τὸν ἀκροατήν. *ut narratione auditorem oblectaret.* Tandem ſciolum his in contextum receptis anteſixiſſe: Ἄλλος φησὶν, ἵνα -- ſed nolo diutius argutari.

V. 147. 148. Mendas e *Porphyrii* nota ſuſtuli. Antequam in locum *Homeri* incideram, Il. M. v. 19. & 21. (Ὅσσοι ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων ἅλαδε προρέουσι, — Γρήνικός τε, καὶ Αἴσηπος, δῖος τε Σκάμανδρος.) neſciebam, quo pacto corrupta Mſ. ſcriptura deberet conſtitui: κατηρίθμητο γὰρ διοσϊ σκάμανδρος τοῖς ἀπὸ Ἰδαίων ὀρέων ἄλλα δὲ προρρέουσιν, ὕστερον φη κρουνῶ δὲ ἱκανον κ. ὕδατι π· cetera mendis vacabant.

V. 152. Pro θέρους in Mſ. θέρος legebatur. Quae ad hunc locum notat *Euſtathius*, p. 1362. v. 26. & ſeqq. deſcripſit e duobus locis Epitomes *Athenaei* non nominati II. p. 41. F. & p. 43. E.

V. 162. Scripſi παρέβαλε, pro παρέλαβε· & τέρματα pro σπέρματα· tandem ἴδε pro ἴδη· hic tamen aliud quid forte latet. Scholion legiſſe videtur *Euſt.* p. 1363. v. 20.

V. 165. Ad quaeſtionem propoſitam, cur πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεὺς Hectora nondum adſequatur, reponi non potuit: ὅτι Ἀπόλλωνα ἔχει. Legendum cenſeo: ὅτι Ἀπόλλων ἀνέχει· ſive, ſi quis ita malit: ὅτι Ἀπόλλων αὐτὸν εἴργει. in argumento Iliadis Φ. legitur: Ἀχιλλέα δὲ Ἀπόλλων εἴργει. *Homerus* Il. Φ. v. 599.

Αὐτὰρ ὁ Πηλείωνα δόλῳ ἀποέργαθε λαῶ. Quae in his Scholiis solvuntur Quaestiones, plerasque putem *Porphyrio* referri debere acceptas. Is, saepe in talibus verbosus, nonnunquam paucis sententiam exponit; veluti in his, quae leguntur in Ms. ad Iliada Α. v. 426. ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ: Ἄτοπον τὸ μὴ πορεύεσθαι εὐθὺς εἰς Αἰθιοπίαν· λύεται δὲ ἐκ τῶ καιρῶ· τοῖς γὰρ θεοῖς εὐωχουμένοις ἄτοπον ἐνοχλεῖν.

V. 183. *Homeri* versuum alter in Il. Ω. 734. ubi recte ἀμειλίχου· alter, in Il. Θ. 57. ad quem locum *Porphyrii* meminit *Eustathius* p. 578. v. 50. & hanc, quam vulgamus adnotationem, ita respicit, ut mentem *Porphyrii* non satis videatur adsequutus. -- Scripturam libri Leidensis fateor me interpolasse: uncis inclusa qua fuerint occasione praetermissa, facile liquet. Haec erat Ms. lectio: χρειοῖ ἀναγκαίῃ πρό τε παίδων καὶ ὑπὲρ γυναικῶν βούλεται λέγειν. — Deinde legebatur: οὐδὸς τύρανος λέγω ταῦτα. Correxi: οὐδὲ ὡς Τύρανος λέγω τ. neque enim Græcis ὁ Διὸς, ut Latinis *Iovis* innotuerat. Tandem pro τοι οὖν reposui τοι σύνδεσμος· olim scriptum fuerat τοι συνδ· nam solebant ista compendifieri, & non raro in Grammaticis uno ductu designari: in talibus nihil inconsiderate statuendum: nonnunquam viri docti comminiscuntur, quae penitus sint in Mss. invisitata.

V. 247. Ms. praeferebat: ταῦτη πράττει ἀπόλλωνα, ἐ. κ. ἐπείθετο πρόκλω· edi curavi: τὰ ἴσα πράττει Ἀπόλλωνι, ἐπεὶ κἀκεῖνος ἐπέθετο Πατρόκλῳ· *idem facit, quod ante fecerat Apollo, nam & is insidiose fuerat adortus Patroclum.* Hic, moribundus in Il. Π. v. 849. Ἀλλά με, inquit, μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός. de Achille res e fine Iliadis Φ & huius initio patet. Nemini, opinor, mutatio videbitur nimia.

V. 251. Prius testimonium legitur in Il. Ε. v. 566. tum vero pro, ὥστε ἀπὸ στρατοῖο δίεσθαι, posui: ὡς τὸ, ἀπὸ μεγάροιο δίεσθαι, ex Od. Ρ. v. 398. Scholion olim editum *Barnesius* etiam interpolavit.

V. 254. Priora dederat Editor Iliadis in excerptis, e quibus μάρτυρας καὶ ἀναδόχους, *testes & sponsores*, recepi. Ms. praeferebat μάρτυρας καὶ δια-

διαδόχως ποιήσωμεν· *Salmasius* libro de modo Usur. vocis ἀνάδοχος istam significationem variis in locis illustravit. Quae succedunt, prioribus subdebantur in Mſ. quo pertineant, & sintne recte scripta, nihil attinet investigasse.

V. 274. Syllabam repetii, pro δι' αὐτῆς· ponendo, δι' αὐτῆς τῆς ἀποτυχίας.

V. 280. Mſ. ἐκ Διὸς κεῖδης· — & ἴφηοθ' ἱμὰν εἰδίνω. mendose.

V. 308. Paene eadem fuerant vulgata ex *Alamanni* excerptis. Quod in Codice Leid. συστραφεὶς, in illis συστρέψας ἑαυτόν. *Eustathius* p. 1372. v. 40. Ἀλεὶς κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἀθρόον συστρέψας ἑαυτόν. Quod in fine legitur notae sequentis τὸ μαλλίον, *lanam* significat in Lingua Graecorum recentiori, illustratum *Car. du Cangio*, in Gloſſ. M. & I. G. *Meursius* etiam attigerat in Gloſſ. Gr. Barb. Talia rarissima reperiuntur in Scholiis libri Leidensis.

V. 318. *Homeri* loca petita sunt ex Od. Ν. v. 94. (Mſ. ἔρχεται ἀγγέλων) & Il. Ψ. v. 226. *Eustathius* p. 1373. v. 28. nonnulla promit ex hac adnotatione; in qua, περὶ τοῦ ὀρίζοντος, si cum *Heringa* mutaveris in ἀπὸ vel ἐπὶ τοῦ ὀρίζοντος, nihil adeo supererit corrigendum.

V. 322. Futilis nota, perperam scripta, diutius me detinuit, quam oportebat. Pro τόσον & πόσον, in Mſ. erat τὸ σον & τὸ σόν· Deinde legebatur τὰ τεῦχη καὶ τεῖχη· reposui: τὰ τεύχη κατίχει. Locus *Homeri* habetur in Il. Σ. v. 378. Quae Cantabrigiensis ante *Barnesium* ediderat ad hunc locum, leguntur in Mſ. Leidensi ad marginem Iliadis Ψ. v. 454. (Ὃς τὸ μὲν ἄλλο τόσον φοῖνιξ ἦν) pleniora: Ἀντὶ τοῦ ὅλον. οὕτω γάρ φησι περὶ τὰ παρ' ὀλίγον πεπλησμένα. Οἱ δὲ Γλωσσογράφοι, Τόσον, ἀντὶ τοῦ σῶμα. Eadem habet *Eustathius* ad Il. Ψ. p. 1426. v. 50.

V. 325. Ex editis, in quibus insignis veteris Anatomici locus dudum legebatur, restitui, quae deerant in Codice Leidensi, *Praxagorae* aliquot verba uncis a me inclusa. Vox σόμαχος bis posita describentis oculum fefellerat.

V. 358. Saepe prima Scholii litera omissa fuit; quod nihil attinet ubique ad-

adnotasse. Praecedentis notae dictionem ultimam προσορῶμαι, continuo ductu sequebantur haec: ἢ ὁ ἐμὸς θ. Deinde, pro λοχηθῆναι, in Mſ. perperam λαχηθῆναι. tandem locus *Homeri*, mendose scriptus, ex Il. Π. v. 859. fuit restitutus.

V. 375. Nota recentior nullis erat maculis foedata, nisi quod τοίχων pro στίχων, & ἀτίλειαν legebatur pro ἀτέλειαν. de nomine *Senacherimi* profecto inexspectato, quid videatur, dicam in Dissert. subiecta.

V. 381. Ubi positum: τὸ φίλτρον προσθεὶς τοῦ φιλοσόφου· Mſ. exhibebat προσθείς.

V. 398. Egregium Scholion editum ita repraesentavi e Mſ. ut, quae in illo deterius essent scripta, ex editis restituerim: ne quis omissas criminetur, hic ponam scripti libri lectiones: Ἀπορία: Διατί Ἀχιλλεὺς θανόντα σώζει (ed. διασώζει· posui σώζει·) τὸν Ἕκτορα; Λύσις: λέγομεν ὅτι οὐ διωμολόγηται, ἔσχε καὶ Ἠπίων φονεὺς ἐκ ἐσύλευσεν. --- Deinceps insignis erat in *Callimachi* observatione, minime protrita, differentia: Σιμὸς γάρ φησι Θεσσαλὸς τὸ γένος Εὐρυδάμαντα τὸν Μηδίου κτείναντα σύρει Θρασύλλον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἅψαντα τοῦ νόμου πρῶτον. Ex his pauca recepi. Pro vulgatis, σύρει φασὶν ἀποκτείναντα Θράσυνον, reposui, σύρει κτείναντα Θράσυλλον, abiecto verbo φασὶν, sicuti iam fecerat *Rich. Bentleius*, quippe qui Θράσυλλον dudum ante *Barnesium* restituerit, ubi hoc Scholio utitur, in opere perfectissimo, (p. 346.) quo, *Callimachi* fragmenta complexus, homines publici reverentes a Poëtarum reliquiis colligendis deterruit. ἅψαντα τοῦ νόμου non debuerat ab Editore Iliadis sollicitari: *Barnesius* eius coniecturam in contextum invexit.

V. 406. Secunda adnotatio legitur in editis, ad v. 431. relata.

V. 414. Notissima ῥῆσις *Heracliti*, νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι, de qua *Kühnius* egit ad *Poll* v. §. 163. sed quid sibi velit Epigramma in *Epicharmum*, & quo pacto debeant male sana integrari, nondum potui detegere.

V. 420. In Mſ. legebatur mendosissime: πρῶτον ἀποβάλλεται γεννήσεις προκλεῖο. Reposui:

ſui: περιβάλλεται, Μήπως πατρὸς σεῖο· Priami verba ſunt Achillem alloquentis in Il. Ω. v. 486. expreſſit *Virgilius: fuit & tibi talis Anchiſes genitor.*

V. 431. Prima verba huius Scholii e lectione verſus Homerici vulgata nequeunt intelligi; reſpiciunt aliam lectionem, ex editis Scholiis, & *Etymologo* p. 196. v. 17. eruendam: Ἕκτορ, τέκνον ἐμὸν, τί νυ βείομαι· In prioris Scholii ultima parte legebatur, οὐ σεύομαι διός· edidi: οὐ βέομαι Διός, ex Il. O. v. 194. -- οὔ τι Διὸς βέομαι φρεσίν.

V 431. b. Loca Homeri, prolata in *Porphyrii* adnotatione, reperiuntur in Il. Z. v. 113. Il. P. v. 447. Ad vocem Αἰὼν notata, in Il. T. v. 27. Il. Δ. v. 478. Il. Ω. v. 725. Il. X. v. 58. Od. E. v. 152. Od. Δ. v. 565. Od. N. v. 419. Od. Ξ. v. 96. non lubet hic reponere minutas ſcriptionis differentias: finem notae ſic exhibet Mſ. οὐκ ἐν στη τοῦ ἴω περὶ τὸ βαίνειν· hinc effingere debui lectionem quam poſui: poſt verbum Βαίνειν haec legebatur Grammatici, Scholia in Il. Z. citantis, nota: Ζήτει εἰς τὴν Ἰλιάδα τοῦ Ζ.

V. 448. *Euſtathius*, qui partem protulit huius Scholii p. 1384. v. 22. in corrupta Codicis lectione integranda mihi profuit. Priora verba ductibus literarum erant intricata; deinde legebatur: ἀλλ' ἀλλαλαθέντων αὐτῇ τ. μ. reſcripſi: ἀλλὰ χαλασθέντων αὐτῇ τῶν μελῶν.

V. 452. *Callimachi* verba ſic in libro Leid. ſcripta, ἐκόλλησαν γάρ μοι ἄνια γόνατα, exſtant in hymno in Lav. Pall. v. 83. ad hunc modum: ἐκόλλασαν γὰρ ἄνιαι γώνατα. *Spanhemius* in Obſ. p. 606. e Mſ. eodem, quo uſus ſum, paulo aliter excitavit. In Excerptis *Aloyſii Alamanni* iam legebantur: ἐκόλλησαν γὰρ ἄνια γόνατα. *Barneſius*, ita ut ſolent vulgari in Callimacheis, Dorice ſcripta, Scholiis inſeruit.

V. 467. Et hanc adnotationem *Porphyrio* tribuendam cenſeo. Figuram ἐν διὰ δυοῖν plus ſemel illuſtravit *Euſtathius*. Loca hic obvia ſunt ex Od. A. v. 293. Il. Φ. v. 537. Il. B. v. 4. Il. K. v. 67. in eorum primo Mſ. praefert: αὐτὰρ ἐπὴν πάντα.

V. 467. b. Ad Ἐχέπωσιν eadem ferme in editis; & recte ἀπίπωσι posuit, ante *Barnesium*, *Kusterus* ad *Suidam* in v. pro ἀνίπωσι, quod verbo Ἄμπυντι, v. 475. explicando forte inservierat. Pro δι' ἐ, in edd. ἐξ ἐ.

V. 469. His observatis usus fuit *Eustathius* p. 1386. etiam illis, quae sic leguntur in Scholio nostro: καὶ νῦν Ἀμπυκίζειν, τὸ τὰς ἱμαντοσθίας τρίχας ἀναδεῖν· apud *Eustath.* ἱμαντοσθίας reperitur: alterum, Attico more scriptum, mutandum non erat in observatione vetusti Grammatici: neque enim ista, νῦν Ἀμπυκίζειν, poterant a recentiori exspectari. E Lexicis suis *Eustathius* excitavit praeter alia: Ἀμπυκάσαι, ἀναδῆσαι, χαλινῶσαι, στεφανῶσαι. quae forma apud *Etymologum* etiam prostat. In fine Scholii, ubi Κρήδεμνον exponitur per ὠμοφόριον, quae citantur *Homeri* verba in Od. Α. v. 334. leguntur, & aliquoties recurrunt. Pro χομένη Mſ. praebebat ἀχομένη. frequens vitium multa loca corrupit. Quod *Scholiastae* dicitur ὠμοφόριον, *humerale*, μαφόριον vocat *Eustathius* l. c. v. 34. illa Graeca, haec ab origine deflectens recentiorum erat Graecorum perversa pronuntiatio. Μαφόριον & Ὠμοφόριον, saepissime, hoc tamen frequentius, in ultimi aevi scriptoribus invenerunt *Io. Meursius* & *Carolus du Cangius*, in Glossariis suis laboriosis plurima notantes ad voces Μαφόριον & Ὠμοφόριον.

V. 471. Pro τῆ πηλίως εὐδαιμονίας, restitui, τῆ πάλαι ὄσης εὐδαιμονίας· &, τῇ χαφικῇ, pro τῆ χαφικ'. haec facile poterunt removeri, si quis meliora comminiscatur.

V. 474. Priora e Mſ. ediderat Cantabrigiensis. Locus *Homeri* habetur in Il. Ζ. v. 410. -- Quae ad versum dedi 494. rectius leguntur in editis. -- Sequentia ad v. 511. & 512. nullius sunt momenti, neque adeo digna, in quibus reficiendis haeream. Ad v. 511. pro αὐτῷ posui αὐτῆς· Ad v. 512. pro συναφανίζουσα, συναφανίζουσι. Deinde ὅτι πάντα, pro ὅτι ὄντα. -- Ad rariorem verbi formam Ὑπημύνωκε, v. 491. obviam, eiusque diversas lectiones, e variis Grammaticorum interpretationibus eruendas, nonnulla dici possent; sed quae satius fuerit omisisse. Abso-

ſonum *Barneſii* commentum, in Homero ὑπεμνήμυδυκε reponentis, tolerari nullo modo poteſt. Grammaticis, qui *Barneſium* induxerant in eum errorem, obverſatum fuiſſe Ὑπεμνήμυκε, *Kuſterus* ad *Heſychium* (in v. Ἐμνήμυκεν) ſagaciter animadvertit.

SEqui debuerat de Codice Leidenſi Diſſertatio: verum ante, quam illa deſcriberetur, malui carmen aliquod de elegantioribus, cuius argumentum ab Homerico non multum diſſideret, hoc in loco deponere; tum ut animum iſtis variarum lectionum nugis enotandis feſſum recrearem; tum ut haberem, quod una cum Homerico poſſem Literarum ſtudioſis noſtratibus interpretari. Hos, perſaepe de meliori luto formatos, multo plures erigerem in veterum monumentorum amorem; niſi plerique librorum premerentur antiquorum penuria. Placuit autem prae ceteris Doricum & purum Sicilienſis *Moſchi* Eidyllium in obitum *Bionis*, Paſtoralium carminum Poëtae. Σικελιώτης recte vocatur *Moſchus* Syracuſanus in Codice Vindebon. qui quatuor complectitur Eidyllia ſub huius nomine vulgata, teſte *Petro Lambecio*, Commentar. de Bibl. Caeſ. Vind. L. VII. p. 108. Moniti hinc diſcere poterunt adoleſcentes, quanta ſit differentia inter Ionici vatis primaevam ſimplicitatem, & recentioris Siculi Bucolici luxuriem elegantiſſimam.



ΜΟΣΧΟΥ

ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΒΙΩΝΟΣ

Βουκόλου Ἐρωτικοῦ.

Αἴλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι, καὶ Δώριον ὕδωρ·
Καὶ ποταμοὶ κλαίοιτε τὸν ἱμερόεντα Βίωνα.
Νῦν φυτά μοι μύρεσθε, καὶ ἄλσεα νῦν γοάοισθε·
Ἄνθεα νῦν στυγνοῖσιν ἀποπνείοιτε κορύμβοις.
Νῦν ῥόδα φοινίσσεσθε τὰ πένθιμα, νῦν ἀνεμῶνα·
Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἶ αἶ
Βάμβαλε σοῖς πετάλοισι· καλὸς τέθνακε μελικτάς.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Ἀδόνες, αἱ πυκινοῖσιν ὀδυρόμεναι ποτὶ φύλλοις,
Νάμασι τοῖς Σικελοῖς ἀγγείλατε τᾶς Ἀρεθύσας,
Ὅττι Βίων τέθνακεν ὁ βωκόλος, ὅττι σὺν αὐτῷ
Καὶ τὸ μέλος τέθνακε, καὶ ὤλετο Δωρὶς ἀοιδά.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Στρυμόνιοι μύρεσθε παρ' ὕδασιν αἴλινα κύκνοι,

Καὶ γοεροῖς ϛομάτεσσι μελίσδετε πένθιμον ᾠδὰν,
Οἵαν ὑμετέροις ποτὲ χείλεσι γῆρυν ἄειδεν.
Εἴπατε δ' αὖ κώραις Οἰαγρίσιν, εἴπατε πάσαις
Βιϛονίαις Νύμφαισιν, ἀπώλετο Δώριος Ὀρφεύς.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Κεῖνος ὁ ταῖς ἀγέλαισιν ἐράσμιος οὐκ ἔτι μέλπει,
Οὐκ ἔτ' ἐρημαίῃσιν ὑπὸ δρυσὶν ἥμενος ᾄδει·
Ἀλλὰ παρὰ Πλυτῆϊ μέλος λάθαιον ἀείδει.
Ὤρεα δ' ἐϛὶν ἄφωνα, καὶ αἱ βόες, αἱ ποτὶ ταύροις
Πλασδόμεναι, γοάοντι, καὶ οὐκ ἐθέλοντι νέμεσθαι.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Σεῖο, Βίων, ἔκλαυσε ταχὺν μόρον αὐτὸς Ἀπόλλων,
Καὶ Σάτυροι μύροντο, μελάγχλαινοί τε Πρίηποι·
Καὶ Πᾶνες ϛοναχεῦντι τὸ σὸν μέλος· αἵ τε καθ' ὕλαν
Κρανίδες ὠδύραντο, καὶ ὕδατα δάκρυα γέντο.
Ἀχὼ δ' ἐν πέτρῃσιν ὀδύρεται, ὅττι σιωπῇς,
Κοὐκ ἔτι μιμεῖται τὰ σὰ χείλεα· σῷ δ' ἐπ' ὀλέθρῳ
Δένδρεα καρπὸν ἔριψε, τὰ δ' ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη.
Μάλων ὐκ ἔῤῥευσε καλὸν γλάγος, ὐ μέλι σίμβλων·
Κάτθανεν ἐν καρῷ λυπεύμενον· ὐκέτι γὰρ δεῖ
Τῶ μέλιτος τῶ σῶ τεθνακότος ἄλλο τρυγᾶθαι.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος. ἄρχετε Μοῖσαι.
Οὐ τόσον εἰναλίαισι παρ' ᾀόσι μύρατο δελφὶν,
Οὐδὲ τόσον ποκ' ἄεισεν ἐνὶ σκοπέλοισιν ἀηδὼν,
Οὐδὲ τόσον θρήνησεν ἀν' ὤρεα μακρὰ χελιδὼν,
Ἀλκυόνος δ' ὐ τόσσον ἐπ' ἄλγεσιν ἴσχετο Κήϋξ.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Οὐδὲ τόσον γλαυκοῖς ἐνὶ κύμασι Κηρύλος ᾆδεν,
Οὐ τόσον ἀῴοισιν ἐν ἄγκεσι παῖδα τὸν Ἀῦς,
Ἱπτάμενος περὶ σᾶμα, κινύρατο Μέμνονος ὄρνις,
Ὅσσον ἀποφθιμένοιο κατωδύραντο Βίωνος
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.

Ἀδο-

Ἀδονίδες, πᾶσαί τε χελιδόνες, ἅς ποκ' ἔτερπεν,
Ἃς λαλέειν ἐδίδασκε, καθεσδόμεναι δ' ἐπὶ πρέμνοις
Ἀντίον ἀλλήλαισιν ἐκώκυον· αἱ δ' ὑπεφώνευν
Ὄρνιθες. λυπεῖσθε πελειάδες ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Τίς ποτὶ σᾷ σύριγγι μελίσδεται, ὦ τριπόθατε;
Τίς δ' ἐπὶ σοῖς καλάμοις θάσει ϛόμα; τίς θρασὺς ὥτως;
Εἰσέτι γὰρ πνείει τὰ σὰ χείλεα καὶ τὸ σὸν ἆσθμα.
Ἀχὼ δ' ἐν δονάκεσσι τεὰς ἐπιβόσκετ' ἀοιδάς.
Πανὶ φέρω τὸ μέλισμα· τάχ' ἂν κἀκεῖνος ἐρεῖσαι
Τὸ ϛόμα δειμαίνοι, μὴ δεύτερα σεῖο φέρηται.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Κλαίει καὶ Γαλάτεια, τὸ σὸν μέλος ἅν ποκ' ἔτερπεν
Ἑσδομέναν περὶ σεῖο παρ' ἀϊόνεσσι θαλάσσης.
Οὐ γὰρ ἶσον Κύκλωπι μελίσδεο, τὸν μὲν ἔφευγεν
Ἁ καλὰ Γαλάτεια, σὲ δ' ἁδὺ ἀπέβλεπεν ἅλμας·
Καὶ νῦν, λασαμένα τῶ κύματος, ἐν ψαμάθοισιν
Ἕσδετ' ἐρημαίῃσι, βόας δ' ἔτι σεῖο νομεύει.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Πάντα τοι, ὦ βῶτα, ξυγκάτθανε δῶρα τὰ Μοισᾶν,
Παρθενικᾶν ἐρόεντα φιλάματα, χείλεα παίδων·
Καὶ ϛυγνὸν περὶ σᾶμα τεὸν κλαίοισιν Ἔρωτες.
Ἁ Κύπρις φιλέει σε πολὺ πλέον, ἢ τὸ φίλαμα,
Τὸ πρώαν τὸν Ἄδωνιν ἀποθνάσκοντα φίλασε.
Τοῦτό τοι, ὦ ποταμῶν λιγυρώτατε, δεύτερον ἄλγος,
Τοῦτο, Μέλη, νέον ἄλγος· ἀπώλετο πράν τοι Ὅμηρος,
Τῆνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν ϛόμα· καὶ σὲ λέγοντι
Μύρεσθαι καλὸν υἷα πολυκλαύϛοισι ῥεέθροις·
Πᾶσαν δ' ἔπλησας φωνᾶς ἅλα· νῦν πάλιν ἄλλον
Υἱέα δακρύεις, αἰνῷ δ' ἐπὶ πένθεϊ τάκῃ.
Ἀμφότεροι παγαῖς πεφιλαμένοι· ὃς μὲν ἔπινε
Παγασίδος κράνας, ὁ δ' ἔχεν πόμα τᾶς Ἀρεθούσας.

Χὼ

Χὠ μὲν Τυνδαρέοιο καλὰν ἄεισε θύγατρα,
Καὶ Θέτιδος μέγαν ὗια, καὶ Ἀτρείδαν Μενέλαον.
Κεῖνος δ' ὠ πολέμως, ὠ δάκρυα, Πᾶνα δ' ἔμελπε,
Καὶ βώτας ἐλίγαινε, καὶ ἀείδων ἐνόμευε,
Καὶ σύριγγας ἔτευχε, καὶ ἁδέα πόρτιν ἄμελγε,
Καὶ παίδων ἐδίδασκε Φιλάματα, καὶ τὸν Ἔρωτα
Ἔτρεφεν ἐν κόλποισι, καὶ ἤρεσε τὰν Ἀφροδίταν.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Πᾶσα, Βίων, θρηνεῖ σε κλυτὰ πόλις, ἄστεα πάντα.
Ἄσκρα μὲν γοάει σε πολὺ πλέον Ἡσιόδοιο·
Πίνδαρον ὠ ποθέοντι τόσον Βοιωτίδες ὗλαι·
Οὐ τόσον Ἀλκαίῳ πέρι μύρατο Λέσβος ἐρυμνά·
Οὐδὲ τόσον τὸν ἀοιδὸν ἐμύρατο Κήϊον ἄστυ.
Σὲ πλέον Ἀρχιλόχοιο ποθεῖ Πάρος· ἀντὶ δὲ Σαπφῶς
Εἰσέτι σεῦ τὸ μέλισμα κινύρεται ἁ Μιτυλάνα.
Πάντες, ὅσοις καπυρὸν τελέθει στόμα, βωκολιασταὶ
Ἐκ Μοισᾶν, σέο πότμον ἀνακλαίοισι θανόντος·
Κλαίει Σικελίδας, τὸ Σάμω κλέος, ἐν δὲ Κύδωσιν,
Ὁ πρὶν μειδιόωντι σὺν ὄμματι Φαιδρὸς ἰδέσθαι,
Δάκρυα νῦν Λυκίδας κλαίων χέει· ἔν τε πολίταις
Τριοπίδαις ποταμῷ θρηνεῖ παρ' Ἄλεντι Φιλητᾶς·
Ἐν δὲ Συρακοσίοισι Θεόκριτος. αὐτὰρ ἐγώ τοι
Αὐσονικᾶς ὀδύνας μέλπω μέλος, ὠ ξένος ᾠδᾶς
Βωκολικᾶς, ἀλλ' ἅν τ' ἐδιδάξαο σεῖο μαθητὰς,
Κλαρονόμως μώσας τᾶς Δωρίδος ἄμμε γεραίρων.
Ἄλλοις μὲν τεὸν ὄλβον, ἐμοὶ δ' ἀπέλειψας ἀοιδάν.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Αἲ αἲ, ταὶ μαλάχαι μὲν ἐπὰν κατὰ κᾶπον ὄλωνται,
Ἠ τὰ χλωρὰ σέλινα, τό, τ' εὐθαλὲς ὤλον ἄνηθον,
Ὕστερον αὖ ζώοντι, καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι·
Ἄμμες δ' οἱ μεγάλοι καὶ καρτεροὶ ἢ σοφοὶ ἄνδρες,
Ὁππότε πρᾶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ

Εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον.
Καὶ σὺ μὲν ἐν σιγᾷ πεπυκασμένος ἔσσεαι ἐν γᾷ·
Ταῖς νύμφαισι δ' ἔδοξεν ἀεὶ τὸν βάτραχον ᾄδειν.
Τῷ δ' ἐγὼ ȣ̓ φθονέοιμι· τὸ γὰρ μέλος ȣ̓ καλὸν ᾄδει.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Φάρμακον ἦλθε, Βίων, ποτὶ σὸν ϛόμα, φάρμακον εἶδες.
Πῶς τευ τοῖς χείλεσσι ποτέδραμε, κȣ̓κ ἐγλυκάνθη;
Τίς δὲ βροτὸς τοσσȣ̃τον ἀνάμερος, ἢ κεράσαι τοι,
Ἢ δȣ̃ναι καλέων τοι φάρμακον, ἔκφυγεν ᾠδάν·
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Ἀλλὰ δίκα κίχε πάντας· ἐγὼ δ' ἐπὶ πένθεϊ τῷδε
Δακρυχέων τεὸν οἶτον ὀδύρομαι. εἰ δυνάμαν δὲ,
Ὡς Ὀρφεὺς καταβὰς ποτὶ τάρταρον, ὥς ποκ' Ὀδυσσεὺς,
Ὡς πάρος Ἀλκείδας, κἠγὼ τάχ' ἂν ἐς δόμον ἦλθον
Πλουτέος, ὥς κεν ἴδοιμι, καὶ εἰ Πλȣτῆϊ μελίσδεις,
Ὥς ἂν ἀκȣσαίμην, τί μελίσδεαι. ἀλλ' ἐπὶ Κώρᾳ
Σικελικόν τι λίγαινε, καὶ ἀδύ τι βωκολιάσδευ·
Κᾀκείνη Σικελαῖς καὶ Αἰτναίαισιν ἔπαιξεν
Αἰόσι, καὶ μέλος ᾖδε τὸ Δώριον· ȣ̓κ ἀγέραςος
Ἔσσειθ' ἁ μολπά· χὤς Ὀρφεϊ πρόσθεν ἔδωκεν
Ἀδέα φορμίσδοντι παλίσσυτον Εὐρυδίκειαν,
Καὶ σὲ, Βίων, πεμψεῖ τοῖς ὤρεσιν. εἰ δέ τι κἠγὼν
Συρίσδων δυνάμαν, παρὰ Πλȣτεϊ κἀυτὸς ἄειδον.



IN MOSCHI
EPITAPHIVM BIONIS.

Moschi versiculos aliquot, in Editionibus *Vulcanii*, *Heinsii*, & *Davidis Whitfordi*, praetermissos, in sedem restitui legitimam, e qua male fuerant eiecti: sunt autem sex illi, qui nonagesimum tertium proxime sequuntur. Equidem miror, qui tandem Criticis potuerit in mentem venire, sex istos versus esse *Marci Musuri*, ad codicis Aldini lacunam supplendam ab homine Poëtico scienter edolatos: Μεσέρε nomen in Editione sua versui 94 adposuerat *Fulvius Vrsinus*. Res est exploratae veritatis, a *Musuro* fuisse repertos in Codice vetusto: hoc monuit *Ios. Scaliger*, Emend. in *Moschum*, p. 231. esse autem *veros Moschi filios*, idem ille iudicavit, a cuius opinione hac in re dissentire non debuerant. Poterunt humaniorum literarum studiosi sex istos *Moschi* versus comparare cum Ecloga *Theocriti* septima, quam omnium Reginam vere nuncupabat *Daniel Heinsius*; praesertim cum v. 37, & seqq. ac eadem opera *Theocriti* versum, qui istos proxime antecedit, integrare, pro, ξυνὰ γὰρ ὁδὸς, ξυνὰ δὲ καὶ ἀώς, legendo:

> Ἀλλ᾽ ἄγε δή, (ξυνὰ γὰρ ὁδὸς, ξυνὰ δὲ καὶ ᾠδά,)
> Βωκολιασδώμεσθα.

Apollonius Rhodius III, 173.

> Ξυνὴ γὰρ χρειὼ, ξυνοὶ δέ τε μῦθοι ἔασιν Πᾶσιν ὁμῶς.

Qui carmen *Moschi*, prouti fuit renovatum, legerunt, mirabuntur forte nonnulli, quamobrem toties receptis lectionibus novas substituerim; & hanc paene nimiam licentiam dictitabunt, ubi cognoverint, nullo scripto codice instructum hoc tamen facinus me perpetrasse: sed hi velim cogitent, pleraque aut leviora esse, aut ita certe in melius mutata, ut in illis codicum consensus non adeo videretur haec in usum adolescentum evulganti nunc quidem exspectandus. Doricae dictionum formae frequenter fuerant in hoc *Moschi* carmine obliteratae: eas, ubi pudenter illud fieri poterat, revocavi. Noveram, haec non esse ad vetustissimae Linguae normam exigenda, & *Moscho* placuisse Doricam, ad Ionismum in nonnullis inclinantem, scribendi consuetudinem: idcirco tantum formas adoptavi Doricas, quas e similium comparatione liquido constaret a Syracusano Poëta positas. Quis enim, huius partis paulo studiosior, absonam toleraret priorum & Heinsianae editionis in uno carmine & in iisdem saepe dictionibus inconstantiam? dederat *Heinsius*, τέθνηκε, v. 7. & 11. τέθνακε, v. 12. 35./ τῆς Ἀρεθούσης, v. 10. τᾶς Ἀρεθούσας, v. 78./ σῆμα, v. 68. σᾶμα, v. 44./ Φιλήματα, v. 67. Φιλάματα, v. 84. &c./ ᾄδουσι, v. 37. ᾄδοισι, v. 129./ κούραις, v. 17. κώρᾳ, v. 126./ βούτα, v. 66. βώτας, v. 82./ (Μοισῶν, v. 95.) Μοισᾶν, v. 66./ Φορμίζοντι, v. 131. μελίσδεο, v. 61. &c./ Haec, & similia, quae facillime poterant e comparatione, paulo consideratius instituta, & ad aurium iudicium exacta, refici, nihil erat causae cur perverse scripta reponerentur. Satis memineram eorum, quae *Gellius*, N. A. XIII, c. XX. acute disputavit, *diversis in locis* urbes *&* urbis *dixisse Virgilium*, *arbitrio con-*

si-

ſilioque uſum auris; *Homerum* autem, cum dixerat ψῆρας, alibi poſuiſſe ψαρῶν, ut obſecundaret ſoni iucunditati: ſed putabam, horum ſimiliumque rationem ab iſtis *Moſchi* non parum eſſe disparatam. Ferme tricies formae communes fuerunt in hoc carmine mutatae; in quinque vel ſex dictionibus praeiverat *David Whitfordus:* nonnullas ſciens intactas reliqui; quoniam nihil in illis ſine libris veteribus videbatur novandum. Praeterea tres quatuorve correctiones in contextum introduxi. Carminis initio ſic fuerat v. 6. vulgatum:

Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἶ αἶ
Λάμβανε σοῖς πετάλοισι. καλὸς τέθνηκε μελικτάς.

Qui veterem hiſtoriam copioſe tractavit, *Salmaſius* in *Plin.* Exercit. *Moſchi* locum praetermiſit: etiam aliis verbum Λάμβανε hac in ſede ſuſpicor displicuisſe. Plerique, qui quidem ſunt Κριτικοὶ, fatebuntur, priſtinam reſtituiſſe me *Moſchi* ſcripturam, reponendo, Βάμβαλε. De hac correctione propterea minime dubitandum cenſebam, quod Illi potuerim eam approbare, qui, nemine non tribuente, primum tenet in his literis locum. Flos hyacinthus dudum habuerat foliis inſcriptos Apollinis gemitus; (neque enim de Aiace cogitavit noſter.) nunc vero, dum, alter veluti Hyacinthus, Bion male perierat, funeſtas literas ſuas eloqui iubetur, & tremulo foliorum motu ſaepius repetitum ſuum edere gemitum, ai, ai:

Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἶ αἶ
Βάμβαλε σοῖς πετάλοισι· καλὸς τέθνακε μελικτάς.

Eleganter hyacinthum dixerat *Euphorion γεγραμμένα κωκύϛσαν*, in eo loco, quem, e *Porphyrio* citatum ab *Euſtathio* ad Il. B. p. 216. v. 12. conſervavit *Schol. Theocr.* ad Eid. x, 28. quemque, *Heinſio* & *Salmaſio* minime intellectum, enodavit *Tib. Hemſterhuſius*, ad *Lucian.* T. 1. p. 240. & 241. Duplex innotuit verbi forma: *Heſychius:* Βαμβάλλειν, (ſic legendum) τρέμειν, ψοφεῖν τοῖς χείλεσι. Altera, Βαμβαίνειν, quoniam fuerat ab *Homero* uſurpata, notior fuit Grammaticis; ponitur autem Βαμβαίνειν *titubandi* ſignificatu: ſicuti *titubare* de greſſu dicitur & de lingua, ita & Βαμβαίνειν· inter alia redditur ab *Etymologo*, ἀνάρθρως λέγειν· quae interpretatio, ſi ſpectes originem, congruit etiam verbo λαλεῖν· & venuſte *Moſchus*, λάλει & βάμβαλε, de hyacinthi foliis in uno loco poſuerat. Propter *Vrſini* librum attingam, qui potuerat alias omitti, *Bionis* locum, e fragm. Eid. IV. hoc modo corrigendum:

Ἢν μὲν γὰρ βροτὸν ἄλλον ἢ ἀθανάτων τινὰ μέλπω,
Βαμβαίνει μευ γλῶσσα, καὶ ὡς πάρος ϛκ ἔτ᾽ ἀείδει·

Quae ſequuntur ſunt pervenuſta: ſed in iſtis, quae poſui, vulgari ſolet ἀθάνατον, & Καμβαίνει. *Aemilius Portus* magno niſu conatur oſtendere in ſuo Diction. Dor. Καμβαίνειν verbum eſſe Graecum: de *Porto*, qui erat ab ea parte, qua iudicamus, non paratiſſimus, minus illud eſt mirandum, quando *Vulcanius*, *Grotius*, & *Heinſius* in locum *Moſchi* receperunt dictionem minime Graecam; quamque dudum emendate ſcriptam exhibuerat *Henr. Stephanus*; in Theſ. Gr. L. T. 1. p. 632. quid genuinum ſit, ubi lectionem utramque memorat, non decernit

E-

Ezechiel Spanhemius, ad *Callim.* p. 198. In Editione renovata operis Vrſiniani reperietur Βαμβαίνει, in *Moſchi* verſu, ad *Virgil.* Eclog. VI, 3. verum *Vrſinus* ſcripſerat καμβαίνει· olim literam κ in β transmutaveram: nollem factum: nam βαμβαίνει introduxerunt in hanc editionem, ubi error *Vrſini* non fuerat corrigendus. In Eidyllii noſtri verſu 30. unam literam addendo, *Moſchi* ſententiam arbitror fuiſſe reſtitutam:

Ἀχὼ δ' ἐν πέτρῃσιν ὀδύρεται, ὅττι σιωπῇς,
Κοὐκ ἔτι μιμεῖται τὰ σὰ χείλεα·

Quoniam mortui Bionis vocem non poſſet amplius imitari, idcirco lugebat Echo: antea legebatur: ὅττι σιωπῇ. *Whitfordus* interpretabatur:

Et quoniam muta eſt in montibus ingemit Echo.

Verſum 40. intactum reliqui:

Ἀλκυόνος δ' οὐ τόσσον ἐπ' ἄλγεσιν ἴσχετο Κῆϋξ.

quem *Bonaventura Vulcanius* Latine converterat:

Nec tantum Halcyones tetigere Ceyca dolores.

Quae poſuit *Whitfordus*, hiſtoriae, minus autem verſui noſtro conveniunt. Nemo Poëtarum veterum paulo diligentior negabit, Ceyca Graece dici potuiſſe Ἀλκυόνης ἐπ' ἄλγεσιν ἴσχεσθαι verumtamen, huic loco ἴαχε multo eſſe accommodatius, non diffitebitur, qui vicinos verſus propius conſideraverit: in illis occurrunt verba, μύρατο, ἄεισε, θρήνησε· commode ſucceſſit ἴαχε· hoc primum in ἴσχε, deinde, ut verſus ſuppleretur hiatus, ab homine non indocto muta-

tatum, degeneravit in *ἴσχετο.* Qui *Hesychium* tractarunt, haud ignorant, *ἴσχε* & *ἴαχε* frequenter a librariis fuisse commutata. Scripserat itaque, mea certe sententia, *Moschus:*

Ἀλκυόνες δ' ου τόσσον ἐπ' ἄλγεσιν ἴαχε Κῆϋξ.

Ovidius XI. Metam. v. 544.

Halcyone Ceyca movet; Ceycis in ore
Nulla nisi Halcyone est.

v. 562. *Plurima nantis in ore*
Halcyone coniux: illam meminitque refertque.

Ob eamdem rationem, quae me praecipue movit ad illud *ἴσχετο* corrigendum, moribus & doctrina minime vulgari insignis Adolescens, qui hic nobiscum sacra tractat Musarum, ingeniose versum huius carminis quartum emendavit; sed ipsius verbis acutissimum inventum Doctis explicari melius erit. Versus 59 sic vulgabatur:

Κλαίει καὶ Γαλάτεια τὸ σὸν μέλος, ἅν ποκ' ἔτερπες.

Sensum arbitror me planum effecisse, scribendo:

Κλαίει καὶ Γαλάτεια, τὸ σὸν μέλος ἅν ποκ' ἔτερπεν.

De versibus 28, 113, 114, quid sentiam, & quo modo dictiones quasdam, praeter eas, quas indicavi, hoc in carmine tentari posse suspicer, privatim indicare malo. Unam e lectionibus Editionis *Fulvii Ursini* recepi in v. 90. Illa, praeter alia, v. 3. *γοάοιτε*, & v. 98. pro *χέει* exhibet *ῥέει* quae non improbem,

bem, si veterum librorum firmarentur auctoritate. πολυκλαύτοισι legitur v. 74. in eadem Editione, pro πολυκλαύςοισι· quod qui mutandum censuerit in πολυκλύςοισι, a meo iudicio non diffidebit. Sed maioris est ponderis, & profecto venustum, quod mecum communicavit *Adrianus Heringa*, in versu 90, ubi memoratur Λεσβὸς ἐρυμνά· sibi videri legendum:

Οὐ τόσον Ἀλκαίῳ πέρι μύρατο Λέσβος ἐραννά.

Eam in rem egregii sunt versus e *Phanoclis* Elegia, apud *Stobaeum* Floril. p. 400. v. 5. sic de Lesbo loquentis:

Ἐκ κείνε μολπαί τε καὶ ἱμερτὴ κιθαριςὺς
Νῆσον ἔχει· πασέων τ' ἐςὶν ἀοιδοτάτη.

Quae versum huius carminis ultimum insidebat, menda tamen videbatur tollenda: neque enim facile quis mihi persuaserit, scribere potuisse *Moschum*:

εἰ δέ τι κἠγὼν
Συρίσδεν δυνάμην·

Illud extra controversiam erat positum, posse *Moschum* scienter συρίσδεν· artem Musicam supra fatebatur a Bione se didicisse, & accepisse veluti haereditate traditam, v. 101.

Αὐσονικᾶς ὀδύνας μέλπω μέλος, ὀ ξένος ᾠδᾶς
Βωκολικᾶς, ἀλλ', ἅν τ' ἐδιδάξαο σεῖο μαθητὰς,
Κλαρονόμος, μώσας τᾶς Δωρίδος ἄμμε γεραίρων.
Ἄλλοις μὲν τεὸν ὄλβον, ἐμοὶ δ' ἀπέλειψας ἀοιδάν.

 ita

ita legendum puto pro Κλαρονόμως· Haec qui ſcripſerat, in ultimo verſu canere non potuit:

> εἰ δέ τι κἠγὼν
> Συρίσδεν δυνάμαν,


ſed poterat merito dubitare, ſi deſcenſus illuc pateret, utrum carmina ſua quidquam eſſent apud Inferum Iovem valitura. Poſuerat itaque:

> εἰ δέ τι κἠγὼν
> Συρίσδων δυνάμαν, παρὰ Πλυτέϊ κἠυτὸς ἄειδον.

Nota ſunt bene ominata Principis Poëtae verba, IX. Aen. v. 446.

> *ſi quid mea carmina poſſunt,*
> *Nulla dies unquam memori vos eximet aevo.*

LV-



LVDOVICI C. VALCKENARI

DISSERTATIO

De Praestantissimo Codice Leidensi, & de Scholiis in Homerum ineditis.

SCriptus Codex Leidensis, qui Scholia in Iliada *Homeri* XXII subministravit, iam olim in Anglia eminebat inter ducentos quatuordecim Codices Graecos, quibus, prope Windsoram habitantis, *Isaâci Vossii*, Viri Praestantissimi, supellectilis istius dives exornabatur Bibliotheca. In Catologo MSS. *Is. Vossii*, quem, a *Paulo Colomesio* confectum, *Colomesii* Operibus subiecit *Io. Albertus Fabricius*, p. 852. commemoratur *Homeri Ilias, cum Scholiis antiquis ineditis, quorum saepe mentionem facit Eustathius.* Istum Codicem acceperat *Vossius* e bibliotheca Nobilissimi *Nicolai Claudii Fabricii de Peiresc*, qui omnibus bonis literarumque studiosis flebilis decesserat anno superioris seculi XXXVII. *Colomesius*, ubi undecim praecipuos enumerat *Is. Vossii* Codices MSS. Graecos, secundo loco *Homerum* recenset, p. 330. sub hoc indice: *Des Notes de Porphy-*

phyre, & de plusieurs autres sur Homere, qui viennent de la Bibliotheque de M. Peiresc. Postquam thesaurum *Is. Vossii* librarium MSS. sibi compararant, & in Bibliothecam Leidanam transferri iusserant Illustrissimi Hollandiae Proceres, in Catal. Bibl. Lugduno-Batavae, p. 394. inter MSS. *Vossianos* Gr. primi ordinis, Codex LXIV. hoc modo fuit designatus: *Homeri Ilias cum interlineari expositione minio scripta, & scholiis ad marginem densissimis, ut dicitur, 40 Grammaticorum veterum, quorum saepe mentionem facit Eustathius.* Quibus libri est inspiciendi copia, poterunt eum comparare ad illa, quae L. VI. de vita Peireskii, p. 230. tradidit *Petrus Gassendus.*

II. Praestantissimus Codex complectitur viginti tres Iliadis libros cum Scholiis, hac etiam in parte Lipsiensi Bibl. Paulinae anteponendus, quo sedecim tantum contineri Libros Iliadis priores, a *Berglero* accepimus, in Actis Lipsiens. anni MDCCXII, p. 316. & a Doctissimo Viro, qui sub honorifico Homerophili nomine latere voluit in Miscell. Observ. D'Orvillianis Vol. V. p. 162. Desinit noster (liceat sic vocasse) in Iliade Ψ, cuius ultima ita sunt erosa, ut legi pleraque non possint. Postrema Codicis folia, quae olim Iliada ultimam continuerant, madore corrupta, forte ab eo fuerunt abiecta, qui librum eleganter compegerat: est enim Codex chartaceus, ad aliorum, quos Leidae versavi plurimos, antiquitatem non comparandus, sed nitide scriptus; & plerumque tanta cum cura contextus Homericus in eo libro legitur exaratus, ut eius descriptorem non tantum oporteat fuisse Graece scientem, sed & eleganl-

tia-

tiarum Poëtae non penitus expertem. Quanquam autem Codex non ſit admodum vetuſtus, poterant tamen univerſa Scholia ex antiquiſſimo eſſe deſcripta: verum cenſeo, Codicem Leidenſem demum ſcriptum fuiſſe, poſteaquam *Euſtathii* in *Homerum* commentarii ab Auctore fuerant in vulgus editi, doctis ſaltem innotuerant. Scholiis vetuſtis libri Leid. & alia recentiora, & nonnulla ſub nomine Εὐϛαθίου fuerunt interſerta; praeterea *Euſtathii*, in re minuta, credo, ut commentatori crearet invidiam, ſententiam commemorat Scholiorum collector ad Il. O. v. 558. Ἰϛέον, ὅτι κατ᾽ Εὐϛάθιον ὀξύνεται (ſcripſerat παροξύνεται, ut *Euſt*. p. 1037. v. 20.) τὸ Κτάσθαι, ὡς ἐκ τοῦ δευτέρου ἀορίϛου τοῦ ἔκτα γιγνόμενον, καὶ προσθέσει τῆς σθαι συλλαβῆς Κτάσθαι. Quid ſuſpicer, dicere non dubitabo.

III. Plurimos in commentariis ſuis paſſim nominat *Euſtathius*, qui *Homerum* olim illuſtraverant, Grammaticos, ſed quorum ſcripta, hominum, in homiliis deſcribendis fructuoſius occupatorum, negligentia dudum perierant. Is mihi quidem legiſſe tantum videtur *Apionis* & *Herodori* in Iliada commentarios, *Demoſthenis Thracis* Paraphraſin Odyſſeae, *Porphyrii* adnotationes in utriusque Poëmatis loca difficiliora, praeterea vetuſta diverſorum, quorum Auctores ignorabantur, in variis *Homeri* exemplaribus *Scholia*. Suſpicatus, neque id iniuria, eorum etiam, quos legerat, ſcripta peritura, Vir Egregius ex illis, quos dicebam, παρεκβολὰς, ſive *excerpta* ſua, atque adeo magnam confecit commentariorum in *Homerum* partem, quos iam ediderat ſeculo XII medio, quum, necdum creatus Theſſaloni-

nicensis Archiepiscopus, *Μαΐςωρ* esset *τῶν Ῥητόρων*, uti recte ostendit e Codicibus MSS. *Alexander Politus*, in suo de *Eustathio* comment. p. XIX. Praeter *Michaëlem Psellum*, quem amicum habuit *Eustathius*, fuerunt ipsius non tantum aevo, sed & seculis sequentibus, ad medium usque decimi quinti, quo cum Musis secesserunt in Italiam, homines in Graecia Eruditi, quique & *Homero* delectarentur, & Veterum Grammaticorum, quibus usus fuerat *Eustathius*, custodirent observata. Horum quempiam credibile est, sive invidia ductum, seu nimia operis Eustathiani mole, sive alia causa magis probabili commotum, sub finem seculi XII, dum Episcopus noster *ἐν τῇ θείᾳ αὐλῇ* Thessalonicae melioribus curis vacabat, Iliada descripsisse *Homeri*, & in margines exemplaris sui prae ceteris studiose retulisse *Porphyrii* observata, sed & aliorum *Scholia* veterrima, quae e variis Codicibus hauserit; his autem sua etiam, & nonnulla *Eustathii*, ut is videretur tam pauca priorum inventis adiecisse, passim interseruisse. Huius Codicis, sive collectionis, *ἀπόγραφον* librum suspicor esse Leidensem, ante quadringentos circiter annos demum scriptum. Videaturne haec mea coniectura verisimilis, Docti iudicabunt. Aliam de collectore Scholiorum coniecturam loco magis oportuno deponam. Illud interim certum haberi debet, post editos ab *Eustathio* commentarios Scholia nostra in eum ordinem, quo Leidae leguntur, fuisse collecta; esse autem illa variorum Grammaticorum observata, & veterum & recentiorum, studiose discernenda; quod de plerisque in quosvis Auctores Scholiis, e diversis Codicibus, a primis

E-

Editoribus, aut etiam iam ante, collectis, omnino videtur statuendum.

IV. Scholia in Iliada *Homeri* ex isto suo Codice aliquando editurum se, pollicitus fuerat *Is. Vossius*, in Observ. ad *Melae* L. I. c. IX. §. 80. & ad L. II. c. III. §. 85. quod Vir Eximius *Io. Alb. Fabricius* adnotare non praetermisit, B. G. L. II. c. III. §. 13. Verum quamprimum operi manum admovisset, si bene perspectum habeo *Is. Vossii*, rariora tantum consectantis, ingenium, destitisset ab incoepto; & brevi etiam post prius illud suum consilium videri poterat damnasse: neque enim Scholia in *Homerum* inter eos recensentur Auctores, quos, in *Colomesii* opusculis p. 332. memoratos, in lucem vulgaturum se amico dixerat *Vossius*. In eorum locorum, quae designabam, altero, ad *Melam* p. 154. profert ex ineditis Scholiis nonnulla; in altero p. 59. attigit tantum insignem *Porphyrii* adnotationem, de magnitudine Thebarum in Aegypto copiose agentis, ad *Hom.* Il. I. v. 385. in media ista adnotatione leguntur quae *Vossius* respicit verba: ut cum Scholiis *Hornejanis*, & *Steph. Byz.* in Διόσπολις possint illa comparari, e Ms. hic deponam:

Ὡς δὲ Κάτων ἱστορεῖ, ἡ Διὸς πόλις, ἡ μεγάλη, πρὸ τοῦ ὑπὸ Περσῶν ἀφανισθῆναι, κώμας μὲν εἶχε τρισμυρίας τρισχιλίας τριάκοντα, ἀνθρώπων δὲ μυριάδας ἑπτακοσίας, ἑκατὸν δὲ πύλαις διεκοσμεῖτο.

V. Quum hoc genere studiorum, quae olim Ornatissimi viri fuerant deliciae, sub finem vitae non amplius delectaretur *Is. Vossius*, (& persaepe,

ubi iam validis quassatum est viribus aevi

Cor-

Corpus, & obtusis ceciderunt viribus artus;
Claudicat ingenium.)

Codicem Homericum utendum concessit, iam intra annum 1670, & 1680, publico nomine in Anglia agenti, *Ezechieli Spanhemio*, qui, dum munera a Principibus & Regibus demandata praeclare administrabat, in ultimam usque senectutem, hac etiam in parte *Vossio* dispar, sacra tractare Musica nunquam desiit. In editionis Dissertationum de Praest. & Usu Numism. renovatae volumine primo, quod vivo adhuc Auctore fuit emissum anno 1706. Dissert. II. p. 85. sic scribit Vir Illustris: „ Exstat illud (*Ephori* testimonium de *Callistrato* Samio,) „ in antiquissimis ac ineditis hactenus ad Homeri Iliada Scholiis, quae complectitur Codex vetustus Bibliothecae nuper Doctissimi Is. Vossii, quemque obvia eius humanitate versare olim Windsorae, ubi publico mandato in comitatu Regis Britannorum Caroli II. tum agebam, mihi ante complures annos contigit. „ Codicem istum ita versavit in aedibus Vossianis *Spanhemius*, ut inde excerpserit, quae videbantur usui futura, quod ex ipsius in *Callimachum* Observationibus, p. 193. licet aestimare. E tredecim adnotationibus, quas in iis Obs. protulit e libro Vossiano, prima, p. 74. posita, emendatius scripta exstat in Scholiis editis, ad Il. Δ. 101. ubi recte dicitur Apollo τεσσάρων τεχνῶν ἔφορος· Quod in Ms. legitur εὔφορος, recepit & interpretatur *Spanhemius*. Recordor in eadem voce peccatum in Scholio *Porphyrii*, ad Il. Λ. v. 636. subiecto Animadv. in *Ammon*. p. 244. ubi, cum scribi debuisset: ἐκ μέσου δὲ πᾶν εὔφορον· repraesentaveram

ram lectionem Mſ. πανεύφορον. -- Secunda adnotatio, p. 78. obvia, potuiſſet cum *Euſtathio* ad Il. Π. p. 1082. v. 36. comparari, & e diverſis vera lectio erui. Quae *Spanhemius* p. 193. e Mſ. promit *Porphyrii* verba, pleniora legebantur in Codice, unde fuerant deſcripta, ſub nomine

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ:

Οὐκ οἶδ' ὅθεν τῶν Γραμματικῶν τινὲς τὸ [Αἴολον ἐπὶ τοῦ ποικίλου παρ' Ὁμήρῳ ἀκούειν ἀξιοῦσιν· Οὕτω γοῦν τὸ] Αἰολοπώλους ἀποδιδόασι, καὶ, Πόδας αἴολος ἵππος....

uncis incluſa in editione *Graevii*, forte a *Spanhemio*, fuerunt omiſſa. Verum haec totidem verbis dudum ſub nomine *Porphyrii* legebantur in Quaeſt. Homer. c. 111. initio. Cetera, quae in iſtas Obſervationes e *Voſſiano* libro derivavit, ex indice poterunt repeti, praeter illa, quae in fragmentis *Callimachi* fuere depoſita, p. 278. 294. & 295. Et haec & alia excutere nolo, ne cui videar ambitioſe conſectari leviſſimos Excellentis Viri errores, cuius doctrinae copiam raros putem adſequutos: neque adeo eſt mirandum, *Spanhemium*, qui in numismatibus ſcienter tractandis vitae partem conſumſerat, in erroribus librariorum inveſtigandis, & in iis quae ad veri nominis Criticen ſpectant, non fuiſſe perſpicaciſſimum.

§ VI. In notis ad *Ariſtophanis* Plutum, & Nubes, quas morti iam vicinus ad *Kuſterum* allegavit *Spanhemius*, quater meminit Scholiorum e Mſ. Voſſiano; ad Pluti v. 536. ad Nubes, v. 973. v. 1236. & ad v. 271. ubi quod nuspiam legi putabat vir Literatiſſimus, *Meurſio* etiam in Solone, ni fallor, praetermiſ-

missum, ex eadem adnotatione attigerat *Eustathius*, ad Il. P. p. 1143. v. 6. his autem verbis (quorum sententiam tantum indicavit *Spanhemius*) traditur in *Porphyrii* Scholio inedito ad *Hom.* Il. P. v. 263, 264, 265.

> (Ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προχοῇσι Διϊπετέος ποταμοῖο
> Βέβρυχεν μέγα κῦμα ποτὶ ῥόον, ἀμφὶ δέ τ' ἄκραι
> Ἠϊόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω·)

Αὕτη ἡ εἰκὼν Πλάτωνος ἔκαυσε τὰ ποιήματα. οὕτως ἐνεργέστερον τοῦ ὁρωμένου τὸ ἀκουόμενον παρέστησε. δεικτικὸν δὲ καὶ τὸ, Ἐρευγομένης. τὸ δὲ Ἔξω, τὴν ἐπιπλεῖστον ἔκχυσιν τῆς θαλάττης δηλοῖ. Φασὶ δὲ καὶ Σόλωνα τὸν νομοθέτην, μιμησάμενον τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἐν ἅπασιν, ἐνθάδε γενόμενον διαπορῆσαι, καὶ θαυμάσαντα κατακαῦσαι πάντα τὰ ἴδια σκέμματα, ὡς καὶ Πλάτων. τῆς γὰρ ἐπαλλήλου τῶν ὑδάτων ἐκβολῆς ἡ τοῦ Βοόωσιν ἀναδίπλωσις ὁμοίαν ἀπετέλεσε τὴν συνῳδίαν.

Quae sequuntur in Mſ. videntur a Scholiorum collectore *Porphyrianis* adiecta. In Opere de Praestantia & Usu Numism. obiter quaedam Scholia e Mſ. attigit *Spanhemius*, veluti in Vol. II. Diſſ. X. p. 15. Vol. I. Diſſ. VIII. p. 455. Diſſ. VI. p. 311. Insigne & vetustissimum Scholion, quod Diſſ. II. p. 85. evulgarat, Animadv. in *Amm.* subieci p. 242. *Spanhemius* lectionem Mſ. expressit: Οὐχ οἱ αὐτοὶ γὰρ ἦσαν περὶ πάριν τοῖς Ἕλλησι χαρακτῆρες· & in versione posuit *ante Paridem.* Edidi: παρὰ πᾶσι τοῖς Ἑλλ. non male, opinor; verum tamen istius mutationis Lector debuisset admoneri. Videri autem queat illud Scholion legisse *Tzetzes*, *Salmasio* citatus in perdocta de Literis Graecis dissertatione.

VII. Prae-

VII. Praeterea in Animadverſ. Gallicis quas ſubiecit *Spanhemius* obſervatis in Verſionem Gallicam Caeſarum *Iuliani*, nonnulla e MſΓ. noſtro excitavit Scholia, non magni momenti, pagg. 12. 22. 30. 33. 110. 125. ſed in Anim. ad Obſerv. 503. p. 74. ex eodem libro *Voſſiano* adnotationem protulit, quam *egregiam* vocat & partim illuſtrat Clariſſ. *Hemſterhuſius* in notis ad argum. Pluti *Ariſt.* p. 7 & 8. Quoniam vero *Spanhemius* nonnulla intermedia, quibus *Heraclidae* obſcuratur obſervatio, alia item praetermiſit, pauca perperam poſuit; eamdem adnotationem vetuſtiſſimi Grammatici, cuius, *Porphyrio* forte antiquioris, nomen ignoramus, prouti in ipſo Codice eleganter ſcripta legitur, ad Il. I. v. 378. hic repraeſentabo:

Ἐν καρὸς αἴσῃ.] Ἀπὸ τῶν Καρῶν, ὓς ἀεὶ λοιδορεῖ ὁ Ποιητής· οἷον, ἐν μοίρᾳ Καρὸς, οἱονεὶ δέλυ. Τὸ καρὸς, Ἀλκαῖος μὲν ὁ ἐπιγραμματοποιὸς ἐγκέφαλον ἤκυσεν, ἀπὸ τῦ ἐν τῷ κάρᾳ εἶναι· τὰ γὰρ παλαιὰ τῶν γραϊδίων ἀποῤῥίπτει τὸν ἐγκέφαλον. λέγει ὖν τὸ,

—— τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ,

τυτέςι, τιμῶμαι αὐτὸν, ἐν ᾗ μοίρᾳ αἱ γυναῖκες τὸν ἐγκέφαλον. Ἀρχίλοχος δὲ, τιμῶμαι αὐτὸν ἐν μισθοφόρυ καὶ τῦ τυχόντος ςρατιώτυ μοίρᾳ. Λυσανίας δὲ ὁ Κυρηναῖος, καὶ Ἀριςοφάνης, καὶ Ἀρίςαρχος, ἐν κηρὸς μοίρᾳ φασὶ λέγειν τὸν Ποιητὴν, Δωρικῶς μεταβαλόντα τὸ η εἰς α. Νέσος δὲ ὁ Χῖος καὶ τὸ α μηκύνει, ὐδὲν φροντίσας τῦ μέτρυ. Ἡρακλείδης δέ φησι, ὅτι τὰ ἐκ τῦ η εἰς βραχὺ α μεταγόμενα, Ἰωνικά ἐςιν ἀλλ᾽ ὐ Δωριέων συςολαί. Ἀντιφράζει μέντοι ὁ Ποιητὴς τῷ, ἐν καρὸς αἴσῃ, τὸ

Εἰ δέ τοι Ἀτρείδης μὲν ἀπήχθετο κηρόθι μᾶλλον.

καὶ,

Ἶσον γάρ σφιν — ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ.

καὶ ὁ αὐτὸς Ἀχιλλεὺς,

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν.

ὅμοιον δέ ἐςι τὸ,

Ἶσον — πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ.

In Scholiis dudum editis ad h. l. pauciſſima leguntur. In *Hornejanis* talia proſtant, quae videantur e noſtro Scholio olim excerpta, ad eam rationem, qua ſolitos fuiſſe *antiquarios inprimis Chriſtianos* doctiora reſecare monuit *Ti. Hemſterhuſius* ad Scholia in Plutum p. 243. 356. 361. Et, quoniam Scholia, ab *Hornejo* edita, non omnibus erunt ad manum, non pigebit quae leguntur ad hunc locum, deinceps uſui futura, deſcripſiſſe:

Τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ.] Ὅμοιόν ἐςι τῷ, Ἶσον γάρ σφιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ. Οἱ δὲ, Ἔγκαρα, τὸν φθεῖρα· οἱ δὲ, ἀπὸ τῶν Καρῶν, ὓς ἀεὶ λοιδορεῖ ὁ Ποιητής· ἢ ὅτι Ἀθηναῖοι τὸν ἐγκέφαλον, ὅτε ἤσθιον, ὅτε ὠνόμαζον Ἔγκαρος ὖν, τῷ ἐγκεφάλῳ.

In illis prima videmus & ultima Scholii melioris verba: quod traditur, nonnullos Ἔγκαρα interpretatos τὸν φθεῖρα, derivatum ex *Apionis* ad h. l. commentario, cuius notam poſtquam deſcripſit *Euſtathius*, p. 659. v. 31. — ad v. 41. ſua quaedam ſubiungit, *Pindari*, *Sophoclis*, *Lycophronis*, & *Plutarchi* teſtimoniis munita: deinde meliora quaedam profert, p. 660. usque ad verſum 12. ex *Apollodoro* Athenienſi aliisque, de cerebello, quod guſtare ve-

te-

teres habuerint religioni: verum haec universa vir optimus transscripsit ex *Athenaei*, non nominati, Epitome, 11. p.65. F. & 66. A. B. tum Scholion exprōmit ex Homerico Codice, quod ferme legitur in Scholiis editis; tandem ceteris observationem subdit e Lexico *Pausaniae*. Eo haec videbantur adnotanda, ut constaret, nihil eorum, quae in Scholio supra posito leguntur, nullum certe Auctorum in eo citatorum memorari apud *Eustathium*, copiose ad hunc locum differentem. Quae autem in Scholio nostro medelae indigeant, aliis reficienda committo; &, missis Grammaticorum commentis, de Homerica dictione κηρὸς optime coniecisse arbitror *Samuelem Clarkium*.

VIII. In eodem opere Gallico, nimirum Anim. ad Observ. 44. p. 12. ridet *Spanhemius*, & merito, *Dorotheum Ascalonitam*, qui per totam vitam in uno *Homeri* loco fuisse dicitur occupatus, in nota *Porphyrii* ad eamdem hanc nonam *Homeri* Iliada, cuius notae, nonnulla complectentis minime protrita, cum paucula verba priora duntaxat protulerit *Spanhemius*, constitui integram adnotationem e Codice MS. hic deponere. Pertinet autem ad locum *Homeri* ex Odyss. Ω. v. 207.

Ἔνθα οἱ οἶκος ἔην, περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντῃ.

ad quem versum, p. 830. pauca notat de voce Κλίσιον ex *Aelio Dionysio*, ceterisque Lexicis suis *Eustathius*. Verum a Collectore Scholiorum in Iliada, qui pleraque Porphyriana describere constituerat, ad marginem Iliadis Ἰῶτα ista fuit adnotatio deposita. Retuleritne eam ad v. 71,

Πλεῖαί τοι οἴνȣ κλισίαι, —

an ad v. 226.

Ἡ μὲν ἐνὶ κλισίῃ Ἀγαμέμνονος —

diſcerni nequit. Quidquid huius fuerit, luculentum Scholion hoc eſt:

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ:

Ὅλȣ βίȣ ἐδέησε Δωροθέῳ τῷ Ἀσκαλωνίτῃ, εἰς ἐξήγησιν τȣ̃ παρ' Ὁμήρῳ Κλισίȣ. Τρία δέ Φησι ζητεῖσθαι † παρὰ τȣ̃ αὐτȣ̃, περὶ τȣ̃ σημαινομένȣ, εἰ ταὐτὸ δηλȣ̃ται τῷ παρὰ Ἀττικοῖς. Καὶ β', † διὰ τὴν ὀρθογραΦίαν, πότερον διὰ διΦθόγγȣ ἡ πρώτη, ἢ διὰ τȣ̃ ἰῶτα. Καὶ τρίτον, περὶ τῆς προσῳδίας· πότερον παροξύτονον, ἢ προπαροξύτονον. Τὸ μὲν ȣ̃ν δηλȣ́μενόν Φησιν ȣ̓ πολλῆς σκέψεως δεῖσθαι, ȣ̃τε παρὰ τῷ Ποιητῇ, ȣ̃τε παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. οἶκον γὰρ Φησί τινα μέγαν Ὅμηρος, τὸν ἐν ταῖς ἐπαύλεσι κατασκιαζόμενον· πῦρ δὲ ἐν αὐτῷ καίειν, καὶ κοιμᾶσθαι τȣ̀ς ἐργάτας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις. Κλίσιον δὲ αὐτὸ προσηγόρευσεν, ἀναλόγως τῇ Κλισίᾳ, ἥτις ϛρατιωτικὴ σκηνὴ ἐϛιν αὐτοσχέδιος· ἀπὸ γὰρ τȣ̃ κλίνω· ἐξ ȣ̃ καὶ Κλιντὴρ καὶ Κλισμὸς, καὶ οἱ μὲν ἔχοντες ἀπερείσειν τοῖς ὤμοις, Κλισμοὶ, οἱ δ' ἄλλοι, Θρόνοι· Ἀττικῶς δὲ, Κλιντήριον τὸ μικρὸν κλινίδιον λέγεται. Τὸ ȣ̃ν χωρȣ̃ν κλίνας πολλὰς καὶ θρόνȣς, Κλίσιον ἐκάλȣν· ᾧ τρόπῳ καὶ τὸν Κοιτῶνα ἡμεῖς ἐκαλέσαμεν· Δωμάτιον δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὸν † ἀΦ' ἡμῶν κοιτῶνα ἔλεγον· Ὅμηρος δὲ, Θάλαμον. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, Φησι Δωρόθεος, ἀπὸ τȣ̃ κεκλῖσθαι κατωνομάσθη, τȣ̃ σημαίνοντος τὸ περιειληΦέναι, καὶ περιέχειν. Ἀρίϛαρχος δὲ καὶ ἑτέρως ἐξηγεῖται· τὸ γὰρ,

—— περὶ Κλίσιον θέε πάντη,

δη-

δηλῶν, ὡς κύκλῳ τοῦ οἴκου στιβάδες ἦσαν † ᾠκοδομημέναι, πρὸς αἷς οἱ θρόνοι ἔκειντο· ὥστε ἐπ' αὐτοὺς καθεζομένους δειπνεῖν, ἐπὶ δὲ τῶν στιβάδων κοιμᾶσθαι, ἵνα μὴ ἄλλος οἶκος ᾖ τοῦ Λαέρτου, ἄλλο δὲ τὸ Κλίσιον, ἀλλ' ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Λαέρτου εἰρῆσθαι τὴν ἐν κύκλῳ † οἰκοδομίαν τῶν στιβάδων, καὶ θέσιν τῶν θρόνων. Ἐμφαίνει δὲ, ὅτι ὁ μὲν οἶκος Λαέρτου, ἐν τῷ ἐντὸς καὶ περιεχομένῳ ὑπὸ τοῦ Κλισίου, τῶν δὲ ἄλλων, ἐν τῷ ἔξωθεν περιέχοντι Κλισίῳ. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ οἰκίᾳ ὁ θάλαμος τοῦ Τηλεμάχου μέσος ὑψηλὸς ᾠκοδόμητο, ὑπὸ τῆς αὐλῆς περιεχόμενος.

Τηλέμαχος δ', ὅθι οἱ θάλαμος
Ὑψηλὸς δέδμητο, περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ.

Καὶ γὰρ τοῦτον τὸν θάλαμον κατὰ τὸ μέσον τῆς αὐλῆς κεῖσθαι φησὶ, διὸ καὶ περίσκεπτον ὠνόμασεν, οἷον περιφανῆ, διὰ τὸ πανταχόθεν περιέχεσθαι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸν Λαέρτου οἶκον περιέχεσθαι πανταχόθεν ὑπὸ τοῦ Κλισίου κατὰ μέσον ᾠκοδομημένον· τὸ γὰρ Περιθεῖν τοῦτο δηλοῖ· οἷον καὶ Ἀρχίλοχος δηλοῖ, ποιήσας,

Τοῖον γὰρ αὐλὴν ἕρκος ἀμφιδέδρομεν·

Ἔχει γὰρ τὸ Κλίσιον ἀναλογίαν τινὰ πρὸς τὰ τοιαῦτα, πρὸς τὰς Παστάδας, Πρόδομος, Ἐξέδρα· προῳκοδόμητο γὰρ οἰκήσεως τινὸς ἡ Παστὰς, καὶ ἡ Προπαστὰς, καὶ ὁ Πρόδομος, καθάπερ καὶ τοὔνομα δηλοῖ,

Ἄλλο δ' ἐνὶ Προδόμῳ, πρόσθεν θαλάμοιο θυράων.

Τοιοῦτο δέ τοι καὶ Ἐξέδρα τῆς οἰκίας, ἔξω πᾶσα οὖσα, πρὸς αὐτῇ τῇ εἰσόδῳ κατεσκευασμένη· οἷς δὴ παραπλησίως καὶ τὸ Κλίσιον ἔξω τοῦ οἴκου.

In initio huius obſervationis, verſu 3 legendum videtur: περὶ τέτε· Πρῶτον περὶ τῦ σημαινομένε· paulo poſt: Καὶ β´ vel δεύτερον περὶ τῆς ὀρθογραφίας· Trium quaeſtionum, a *Dorotheo* poſitarum, primam tantum attigit *Porphyrius*, aut, e Porphyrianis, Scholiorum Collector. Deinde, ſive legatur, τὸν ἀφ᾽ ἡμῶν Κοιτῶνα, nempe λεγόμενον, ſive, quod quis, utpote magis uſitatum, forte praeferat, τὸν ὑφ᾽ ἡμῶν κοιτῶνα, nihil intereſt. Verſu 26 poſui, σιβάδες ἦσαν ᾠκοδομημέναι, recedens ab exemplaris ſcriptura, quae haec erat: σιβάδην ᾠκοδομημεν. nec tamen illud cuipiam putem placiturum: paulo poſt memorat *Porphyrius*, τὴν ἐν κύκλῳ οἰκοδομίαν τῶν σιβάδων· crediderim hic ſcribendum οἰκονομίαν· & ſupra, σιβάδες ἦσαν ᾠκονομημέναι, *ſtrata erant ordine diſpoſita.* --- In loco *Homeri* ex Od. Λ, 425. ſcripſerat *Porphyrius*, θάλαμος περικαλλέος αὐλῆς· ſed erant haec omiſſa in Mſ. qui mox, pro περίσκεπτον, dabat σκεπτόν.

IX. Ex iſtis ſpeciminibus manifeſtum eſſe poterit, Leidenſem Codicem illis certe multo meliorem eſſe, e quibus nobis Scholia in *Homerum* fuerunt evulgata. Haec cum diverſi ſint generis, & e variis Codicibus edita, de ſingulis pauca ſunt dicenda. In illis iam olim editis, & nunquam deinceps ad Mſſ. collatis, vix quidquam alicuius momenti putem ad libros Iliadis XXIII. reperiri, quod non inveniatur in libro Leidenſi. Sed hic praeterea plurima complectitur inedita, vetera, & optimae frugis, quorum in editis illis Scholiis ne veſtigium quidem compareat; nonnulla etiam pleniora, e quibus excerpta ſuperſint in editis. Non mi-

miror nonnullos in ea fuisse sententia, ut editorum Scholiorum unum esse Parentem, & quidem *Didymum*, quem in *Homerum* noverant commentatum, existimarent: verum nescio, quid Eruditissimum *Thomam Gatakerum* inpulerit, ut *Scholiasten Homeri* unum superesse crederet, eumque & alibi, & in *Antonin.* p. 37. D. 65. A. 77. B. non dubitanter *Heracleonem* nuncuparet: eodem enim iure vocari potuerat *Epaphroditus*, cuius in *Homerum* commentarios, ut & *Heracleonis*, *Asclepiadis*, *Didymi*, *Theonis*, *Pii*, passim laudat *Auctor Etymologici M.* Sed Viri Doctissimi de *Scholiis* in *Aristophanem* aliosque Poëtas editis ita loqui solent, „ quasi unus aliquis Grammaticus omnium esset „ conditor; quum mixtas habeamus, summoque „ studio discernendas, & optimae notae, & nullius pretii aevique serioris reliquias. „ Verba sunt Cel. *Hemsterhusii*, in libello cultissimo, p. 137. Nullus forte Codex exstat Homericus, in quem plura istiusmodi diversorum, variis temporum articulis scripta, observata fuerint quam in Leidensem coniecta.

X. Adnotationes luculentas ad Iliada Ἰῶτα eo inprimis in antecessum proposui, ut intelligerent harum rerum scientes, Leidensem Codicem diversissimum esse a Florentino, & Lipsiensi: neque enim ista reperiuntur in Scholiis *Hornejanis* ad Iliada Ἰῶτα, e Codice *Petri Victorii*, ut perhibent, Florentiae olim a *Ioanne Caselio* descriptis. *Scholia illa exstare in optimae notae Codice Homeri Ms.* (quo libri XVI Iliadis & initium XVII continentur) *Paulinae Bibl.* Lipsiensis, primus monuit *Stephanus*

Berglerus, de Scholiis agens Homericis, a *Barnesio* interpolatis, in Actis Erudit. Lipſ. A. MDCCXII. p. 316. Verba legens *Bergleri* in eam facile ſuſpicionem incidas, Lipſienſem Codicem ab eo, quem *Caſelius* adhibuit, non eſſe diverſum, ſiquidem eadem complectatur Scholia, quae *Conr. Hornejus* ediderat: verum diverſos eſſe Codices, Florentinum & Lipſienſem, ex iis clariſſime conficias, quae vir Egregius notavit in Miſcell. Obſerv. Vol. V. p. 155. & ſeqq. ubi *Hornejana* Scholia in primos verſus 70 Iliadis nonae conferens ad *ἀπόγραφον*, cum cura deſcriptum e Libro Lipſienſi, hinc promit, quae deſint in *Hornejanis*, ad verſ. 7. 14. 18. 31. 34. 40. 55. 62. &, ne forte credas, haec a *Caſelio* feſtinante omiſſa, alio documento oſtendam, Codices eſſe diverſos. Deſunt in Lipſienſi Scholia, quae dederat *Hornejus* ad v. 12. 15. 16. 59. 66. &c. Ea tamen oportet ſit inter iſtos Codices adfinitas, ut ad unum vetuſtius exemplar videri poſſint exarati: nam non raro utriusque Codicis Scholia verbis tantum diſconveniunt. Legatur Cl. *T. H.* ad Scholia in Plutum, p. 383. Hac in re unico utar exemplo. Ad v. 3. e Lipſienſi Codice haec verba p. 156. enotantur: *Οἱ μὲν ἄλλοι ἐν Φυγῇ, οἱ δὲ ἄριστοι ἐν πένθει·* *Hornejus* ſequentia exhibuerat: *Οἱ μὲν ἄλλοι περὶ Φυγῆς (ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο) οἱ δὲ ἄριστοι ἐν πένθει (ἦσαν.)* *Barneſius*, qui Scholia *Hornejana* ceteris interpoſuit, praetermiſſis ſignis, quibus ſua ipſius emblemata a Codicis lectione ſeparaverat *Hornejus*, omnia ita exhibuit, quaſi verba eſſent Graeci Grammatici. Recte *Barneſii* incogitantiam damnat Vir Doctus; quod vero *Horneji* ſupplementa laudat, minus equidem probo.

In

In vetuſto exemplari ſcriptum fuiſſe hariolor: οἱ μὲν ἄλλοι περὶ Φυγ ἦσ. Syllabas, quas ſaepiſſime in Mſſ. vidi compendifactas, cum non adſequerentur deſcriptores, eorum alter literas exhibuit, περὶ Φυγῆς· alter ſenſum expreſſit, ἐν Φυγῇ· vetus autem Grammaticus meo iudicio ſcripſerat: οἱ μὲν ἄλλοι περὶ Φυγὴν ἦσαν, οἱ δὲ ἄριστοι ἐν πένθει. Graece ſcientibus nota eſt loquendi formula, a qua, elegantioribus ſatis uſitata, ne Grammatici quidem abſtinuerunt. Quod in minutis rebus aliquantisper haeream, Docti, ſi qui his chartis manus admovere voluerint, moleſte non ferent, dum cogitabunt, haec etiam indoctis ſcribi, inſtar diſſertationis, quales ſolent in Academiis exponi, ſaepenumero digniſſimae, quae deferantur

Εἰς τὸν λιβανωτὸν, εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων.

XI. Ante ducentos triginta annos ex alio Codice Florentiae nonnulla Scholia in Homerum excerpſerat *Aloyſius Alamannus:* eorum partem, quae ad Iliada ſpectat, in vulgus emiſerunt Cantabrigienſes, Iliadis editioni anni 1689. ſubiectam. His excerptis, minime contemnendis, inſunt, quae totidem verbis libro Leidenſi leguntur interſerta. Et haec Scholia ferme tantum fuere vulgata; nam illa *Moſchopuli*, pleraque conflata e libris obviis, nunc quidem mittimus. In editis Scholiis nuspiam adnotationibus praefixa leguntur nomina Auctorum; cum in noſtro Codice nonnulla, aliorum, plurima *Porphyrii* nomen in fronte oſtentent. Suſpicor enimvero in variis Bibliothecis Codices latitare Homericos, cum Scholiis *Porphyrii*; neque illud temere. *Porphyrio*, Scholion ad Odyſſ. Λ. v. *276*,

 au-

auctoritate Mſ. Anglicani vindicat vir veteris Theologiae Peritiſſimus, *Thomas Gale* in n. 7. ad ultimum caput (male libellus in capita fuit diſtractus) *Cornuti* de N. D. Plura, opinor, cognoſceremus, ſi Codices vetuſtos paulo diligentius excuſſiſſet *Barneſius*; neque enim temere exemplar *Homeri* vetus reperias, cui Scholia non ſint interpoſita: in primis dignus foret, qui perita manu tractaretur, is Codex optimus, qui tum temporis erat in Bibliotheca Reverendi Praeſulis Elienſis, *Ioannis Mori*, cuius lectiones ſaepenumero cum illis libri Leidenſis conſpirant. *Porphyrii* frequenter fieri mentionem in Scholiis Homericis Bibliothecae Vaticanae monuit *Lucas Holſtenius*, Diſſ. de Vita & ſcriptis *Porphyr.* c. VII. vellem & illa, ſive potius meliora, nobiſcum e Vaticanis codicibus communicarent, qui ſub Erudito Pontifice Maximo haec ſtudia Romae tractant Viri Praeſtantiſſimi. *Io. Alb. Fabricius* Biblioth. Gr. Vol. I. p. 293. praeter ceteros Codicem laudat, olim Wittianum, quamplurimis *Porphyrii* Scholiis inſtructum. *Alexander* autem *Morus* in notis ad *Matth.* XII. v. 40. & in Ep. *Pauli* ad Eph. I. 19. memorat *Scholia Bibliothecae Mediceae optima & antiquiſſima in Homerum:* quae priori loco depoſuit Ornatiſſimus *Morus*, prima facie videri queant profecta ab alio Grammatico, ſed ſunt tamen verba *Porphyrii*; certe paulo emendatius ſcripta leguntur ſub nomine *Porphyrii* vulgata in huius Quaeſt. Homer. cap. XIV. p. XCIX. v. 12. Plura Porphyriana iſtum Codicem complecti, probabile admodum eſt: Quaeſtiones enim quae dicuntur Homericae, de quibus quid ſentiam, deinceps indicabo, leguntur in mar-

margine Codicis Leidenſis, reliquis Scholiis intermixtae. Ex eodem Codice Mediceo, quem *Morus* verſavit, repetita videntur a *Luca Holſtenio*, quae eius notis in *Stephanum Byzantinum* fuerunt inſerta, pleraque deſcripta e Scholiis in Boeotiam. Inter ſeptem Codices Homericos, quos Caeſarea recondit Vindebonenſis Bibliotheca, optimus procul dubio Mſ. eſt Iliadis, Scholiis interlin. & margin. refertus, quem Catalogi Bibl. Caeſ. Vind. Parte IV. p. 28. recenſuit *Daniel Neſſelius*. Inprimis exoptarem, ut quispiam hac opella excitatus, e membranis vetuſtis meliora proferendo, pervinceret, Leidenſem Codicem *Homeri* non eſſe omnibus anteponendum. Hoc cum vix videatur ſperandum, id tamen pervelim, ut Eruditus quispiam de Actorum, quae Lipſiae prodeunt, Conditoribus, ſpecimina quaedam in ceteros Iliadis libros e Codice Lipſienſi depromeret, & inexſpectato hoc munuſculo Operis utiliſſimi volumen exornaret.

XII. Ut autem unusquisque de Codice Leidenſi iudicare poſſit, agam in ſequentibus de illo paulo accuratius, & quorumcunque Scholiorum (de illis enim, non de contextu dicam.) ſpecimina e Leidenſi libro deſcribam: Scholia leguntur in hoc libro, tum quae vulgo vocantur interlinearia, tum Scholia, σημειώσεις, ſive adnotationes, ſaepe copioſiſſimae, in marginibus collocatae: de illis primum dicam. Verſibus ſingulis interpoſitae ſunt interpretationes, quibus dictiones Homericae, quae dudum ceciderant ex uſu, ſive etiam integrae loquendi formulae, facilioribus ac vulgo receptis explicantur. E multis exempla quaedam ſeligam, quibus haec pars clareſcat. Il.

Il. A. v. 41. dictioni Κρήηνον (sic recte legitur in Mſ.) ſuperſcriptum: τελείωσον·

Il. A. v. 105. Κακοσσόμενος] κακολογήσων. quae ad latus ponam vocum Homericarum, in Mſ. ſupra ſcribi, ſemel dixiſſe ſufficiat. Forte Grammaticus poſuerat κακολογήσας· quanquam potuit & illud ponere, reſpiciens ad ſequentia. In Scholiis editis legitur: Κακ' ὀσσόμενος.] Δεινὸν καὶ ὀργίλον ὑποβλεπόμενος· haec & omnia ſimilia quae in Scholiis iſtis leguntur, in Codice, unde fuere derivata, verſibus pariter legebantur interiecta. Egregie ſe facturum credidit *Barneſius*, ſi Scholio anteſigeret dictionem Κακοσσόμενος· Sed duplex fuit in *Homero* lectio: ad illam vulgo receptam, Κακ' ὀσσόμενος, ſpectant interpretationes editi *Scholiaſtae*, *Heſychii*, *Apollonii*, Lex. Hom. & *Etymologi*. Ad compoſitum Κακοσσόμενος, quod & in ſuis exemplaribus *Euſtathius*, & in Mſ. Codice invenerat *Barneſius*, pertinet κακολογήσας· & hanc lectionem probat, altera non unam ob rationem reiecta, *Porphyrius* Q. Homer. c. XVII. p. CV. cuius verba diligentiam accuratiſſimi *Sam. Clarkii* non effugere. verum ne nos nimium abducant in ſeqq. non attingam adeo errores *Barneſii*; neque etiam iudicium de ſingulis interponam.

Il. A. 261. Vocibus: Οὔ ποτέ μ' οἴγ' ἀθέριζον· ſuperſcriptum: Οὐδαμῶς ἀτελῆ καὶ ἀσθενῆ καὶ οὐδαμινὸν ἡγοῦντο.

Il. E. 540. ubi vulgari ſolet: Δούπησεν δὲ πεσὼν, nihilque enotatur e Mſſ. Leidenſis praefert: Ἤριπε δὲ πρηνὴς, cum hac interpretatione: κατέπεσεν ἐπὶ πρόσωπον.

Il. E. 561. ſic praefert Mſ.

Τὼ

Τὼ δὲ πεσόντ' ἐλέησεν ἀρηΐφιλος Μενέλαος·

cum hac expositione supra posita, ut semper: τούτους καταπεσόντας ᾠκτείρησεν ὁ Φιλοπόλεμος· edi solet βοὴν ἀγαθὸς, pro ἀρηΐφιλος· attamen & hoc suis in Mss. invenerat *Barnesius*, sive *Hearnius*.

Il. E. versui 831. superscriptum: ἢ κόπος πολυόρμητος τὰ μέλη σου εἰσῆλθεν.

Il. Z. v. 51. Rectissime scriptum in Leidensi:

—— τῷ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε·

pro ἔπειθε· quod unde fluxerit patet ex interpretatione, in libro nostro adiecta, ἔπεισε· sed ὄρινε & in aliis Mss. & in illo *Mori* verae lectioni superscriptum ἔπειθε· quod *Barnesius* habuit pro emendatione.

Il. Z. v. 169. Ms.

Γράψας ἐν πίνακι πυκτῷ θυμοφθόρα.

Praeter vocem versus ultimam, πολλὰ, vulgi usu notissimam, ceteras sic interpretatur Grammaticus: χαράξας ἐν ἐσφραγισμένῳ δέλτῳ ψυχοφθόρα·

Il. Z. 248. Τέγεοι θάλαμοι] ἀνώγεοι πασοί.

Il. Z. 252. Λαοδίκην ἐσάγουσα] πρὸς τὴν .... πορευομένη.

—— 265. Ἀπογυιώσῃς] ἐκνευρώσῃς.

Il. Z. v. 319. Ms. Ἔγχος ἔχ' ἑνδεκάπηχυ· prouti optime e suis Mss. & aliunde restituit *Barnes*. adiecta interpretatio: δόρυ ἐκράτει ἕνδεκα πηχῶν τὸ μῆκος.

Il. H. v. 290. vulgatur:

Νῦν μὲν παυσώμεσθα μάχης καὶ δηϊοτῆτος.

Quod ex uno Codice profert *Barnesius*, reperitur & in Leid.

Νῦν

Νῦν μὲν παύσωμεν πόλεμον καὶ δηϊοτῆτα.

explicatio aderat: *παυσώμεθα τȣ̃ πολέμȣ καὶ τῆς μάχης·* Ubicunque autem articulos, ab *Homero* praetermiſſos, Linguae Graecae communis uſus requirebat, inter verſus diligenter fuerunt poſiti. exemplo ſit verſus in Il. H. 177. qui ſic legitur in Mſ.

οἱ ηὔξαντο τοῖς ϗ τὰς ἀνέτεινον
Λαοὶ δ' ἠρήσαντο θεοῖς, ἰδὲ χεῖρας ἀνεσχον.

Neque tantum dictionum interpretationes ſed ſaepe aliae etiam adnotatiunculae, a Scholiis marginalibus diſtinguendae, verſibus interponuntur, veluti in Homeri Catalogo ſive Boeotia.

v. 5. *Θέσπειαν*] *ἀπὸ Θεσπείȣ τȣ̃ Κηφέως.*
v. 6. Ἐρυθρὰς] *ἀπὸ Ἐρυθρίȣ τȣ̃ νεωτέρȣ τῶν Ἀθαμαντίδων.*
v. 10.] *ἀπὸ Κορωνȣ̃ καὶ Ἁλιάρτȣ τῶν Σισύφȣ παίδων κατονομασθέντες.*
v. 13. Ὀγχ.] Οὗτος Βοιωτȣ̃ παῖς, *ὃς ἐν τῷ τόπῳ τȣ́τῳ λαμπρὸν ἱδρύσατο ἱερόν.*
v. 39. Βῆσσαν] *ἀπὸ τȣ̃ σύμφυτον εἶναι καὶ σύνδενδρον τὴν ὀνομασίαν κεκτημένην.*

Quae ad nomen Βῆσσαν in editis Scholiis notantur, ne quis credat abeſſe, leguntur in margine libri Leid. ubi copioſa Scholia ad initium Boeotiae poſita itidem reperiuntur, & quidem meliora quam ſunt in editis. Sed ea de re deinceps.

XIII. Ex his, quae protuli, poterit de Scholiis interlinearibus non tantum libri Leidenſis, ſed & aliorum, iudicari, e quibus ſimiles vocum Poëticarum *ἐξηγήσεις* Editores nobis tradidere. Iſtarum interpretationum Auctores ab *Euſtathio* vocantur *οἱ παλαιοὶ μεταβολεῖς τῶν λέξεων ἓν πρὸς ἓν φράζοντες,* ad

ad Il. Ω p. 1479. v. 24. & οἱ παραφράζοντες, ad finem Iliadis z. *Timogenes* ἐν ταῖς παραφράσεσιν ad versum Iliadis citatur in *Apollonii* Lexico *Hom.* in v. Ἄρπυια, quam notam utilissimo instituto cum plurimis *Apollonii* edidit Eruditissimus Noster *Albertus*, ad *Hesych.* Breves istas vocabulorum Homericorum interpretationes in Lexica etiam digesserunt, quorum condendorum ipsum *Homerum*, rem eamdem diversis saepe dictionibus explicantem, Grammaticis cogitationem subministrasse, idem *Eustathius* auctor est, commemorans, τὰς -- ἐξ Ὁμήρου ἐπινοησαμένους καὶ τὰ Λεξικά, ad Il. Τ. p. 1285. v. 16. In istis, quas dicebam, expositionibus brevioribus, persaepe integri Poëtarum versus continua oratione reddebantur. Unicum adhuc repetam e Leidensi Codice exemplum. Versibus 902, 903, 904, Iliadis E,

Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν
Ὑγρὸν ἐὸν, μάλα δ' ὦκα περιστρέφεται κυκόωντι·
Ὣς ἄρα καρπαλίμως ἰήσατο θοῦρον Ἄρηα.

haec interpretatio, continua serie deducta, legitur interserta: Καθάπερ δὲ, ὅταν ὀπὸς συκῆς γάλα ὑπειγμένος ἐμπήξῃ, Ῥευστὸν ὑπάρχον λίαν συντόμως περιπήγνυται, τοῦ τυροποιοῦ κινοῦντος, Οὕτως δὴ ταχέως ἰάσατο τὸν ὁρμητικὸν Ἄρηα. haec mera est paraphrasis, sive conversio Homericae orationis in sermonem solutum & communem.

XIV. Ab istiusmodi Grammaticorum interpretationibus distingui debet Paraphrasis Odysseae Homeri, quam scripserat *Demosthenes Thrax*. *Suidas*, in Δημοσθένης· Θρᾲξ οὗτος, inquit, ἔγραψε μετά-

τάφρασιν Ἰλιάδος πεζῷ λόγῳ. Error ſive *Suidae*, ſeu alterius, cuius verba *Suidas* deſcribit, viros Praeſtantiſſimos, *Io. Meurſium, Ger. Io. Voſſium*, & *Io. Alb. Fabricium* traxit, & eo induxit, ut immemores eorum, quae olim legerant apud *Euſtathium*, non uno in loco ſcriberent, *Demoſthenem Thracem* conſcripſiſſe Paraphraſin Iliadis *Homeri*. Res mihi penitus eſt ex *Euſtathio* nota, qui, quum habuerit Paraphraſin Odyſſeae, a *Demoſthene* illo *Thrace* confectam, illam nunquam memorat ad Iliada, ſed ad Odyſſeam paſſim egregia ex illa nobis adſervavit. Primum ſic deſignatur ab *Euſtathio* ad Od. Α. p. 10. v. 14. ὁ σοφὸς Θρᾷξ Δημοσθένης ἐν οἷς παρέφρασε τὴν Ὀδυσσείαν. p. 46. v. 3. vocatur ὁ τὴν Ὀδυσσείαν παραφράσας Ῥήτωρ. ad Od. Δ. p. 152. v. 50. Δημοσθένης ὁ τὴν Ὀδυσσείαν μεταβαλών. p. 167. v. 1. ὁ τῶν Ὀδυσσειακῶν μεταβολεὺς Δημοσθένης. Inſcriptio operis elegantiſſimi fuit: Μεταβολαὶ Ὀδυσσείας. *Euſtathius* ad Od. Α. p. 40. v. 48. ὁ τὸ βιβλίον, inquit, ὅλον τοῦτο παραφράσας, Θρᾷξ Δημοσθένης, Μεταβολὰς Ὀδυσσείας τὴν τοιαύτην αὐτοῦ πραγματείαν ἐκάλεσεν. Atque ita *Suidam* tenemus erroris manifeſtum. Quoniam iſtius *Demoſthenis* Paraphraſis Odyſſeae, Attico ſermone conſignata, tam diu latuit, dum nobis alicunde in lucem protrahatur, e Commentariis *Euſtathii* decerpta e multis, dudum a me collectis, quaedam ſpecimina proponam. In *Hom.* Odyſſ. Π. v. 471, ſic loquitur Eumaeus:

Ἤδη ὑπὲρ πόλιος, ὅθι Ἑρμαῖος λόφος ἐστὶν,
Ἦα κιών.

illa verba expreſſit *Demoſthenes Thrax*, teſte *Euſtathio*, hoc modo: Ἔτυχον μὲν τῆς ὁδοῦ τῆς ἐνταῦθα προ-

προκεχωρηκὼς, ὡς κατὰ τὸ Ἑρμαῖον ἤδη γεγονέναι. editis p. 615. v. 28. voculam ὡς, quam ſyllaba κως praecedens eliſerat, interieci. Ubi Circes miniſtrarum natales deſignat Poëta, Od. κ. v. 350.

Γίνονται δ' ἄρα ταί γ' ἔκ τε κρηνέων, ἀπό τ' ἀλσέων,
Ἔκ θ' ἱερῶν ποταμῶν.

haec in Paraphraſi ſua poſuerat *Demoſthenes:* Γένεσις δὲ τέτων, ἐχ οἷά περ ἡ ἀνθρώπων ἐςὶν, ἡ δι' ἀλλήλων; ἀλλὰ ποταμοὶ καὶ ἄλση καὶ πηγαὶ ἐκείνας Φύεσιν. Menelai votum Odyſſ. Δ. v. 97 & 98.

Ὧν ὄφελον τριτάτην περ ἔχων ἐν δώμασι μοῖραν
Ναίειν, οἱ δ' ἄνδρες σόοι ἔμμεναι, οἳ τότ' ὄλοντο·

hunc in modum expreſſiſſe legitur Paraphraſtes: Ἀντί γε τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀπολωλότων, ἐκ ἂν ἐδεξάμην τὰ πάντων χρήματα πάντως· εἰ καὶ τὴν τρίτην μοῖραν τῶν νῦν ὄντων μοι ἔχειν τὶς πρέτεινεν, ἐΦ' ὧτε σώζεσθαι τὲς ἐν Τροίᾳ ἀπολωλότας. in his unum Atticiſmum deſignat *Euſtathius*, p. 255. v. 7. ſunt autem plures, quos ilico agnoſcent, qui in Atticis & Atticiſtis fuere verſati. Praeter cetera loca non pauca, quae ex Opere elegantiſſimo cuſtodivit *Euſtathius*, maxime copioſus eſt is, quo, ad mentem Poëtae, verbis diverſis denarratur poena Siſyphi. Sed non gravabor primum ponere *Homeri* verſus 592. & ſeqq. Od. Λ.

Καὶ μὴν Σίσυφον εἰσεῖδον, κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα
Λᾶαν βαςάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν·
Ἤτοι ὁ μὲν, σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε,
Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον· ἀλλ' ὅτε μέλλοι
Ἄκρον ὑπερβαλέειν, τότ' ἀποςρέψασκε Κραταιΐς·

H De-

Demosthenis Thracis haec est istorum quinque versuum interpretatio: Ὁ Σίσυφος εἰώθει πρὸς τὸν ὦμον πέτρον μέγαν καὶ ἐμβριθῆ, χαλεπωτάτην δὴ καὶ ἔτος αὖ συμφορὰν διαντλῶν· Κυλινδεῖν γὰρ ἦν ἀνάγκη αὐτῷ πρός τινα ὄρθιον καὶ ὑψηλὴν λόφου ἄκραν τὸν λίθον· καὶ ἐποίει τοῦτο τοῖς ποσὶ καὶ ταῖς χερσὶ γλίσχρως καὶ χαλεπῶς ἀντιλαμβανόμενος, ὡς δὴ ὑπερκυλίσων τῆς ἄκρας εἰς τὸ ἐπέκεινα. ὁπότε δὲ ἐγγυτάτω γένοιτο τῇ ἐλπίδι κατεργάσασθαι τοῦτο, δαίμων τὶς ἰσχυρὸς ὀνόματι Κραταιὶς ὑποφέρεσθαι ἐποίει κάτω τὴν πέτραν ἀποστρέψασα. Dubites utrum hoc posuerit; an ἀποστρέψας· nam ἰσχυρὸς --- ἀποστρέψασα non mireris in Atticista. certe Hecaten etiam Κραταιῒν vocatam, cecinit *Apollon. Rhod.* IV, 829. Quum in loci huius initio scribere potuisset Noster: Καί γε τὸν Σίσυφον ἐσεῖδον ὠθοῦντα scripsit: Ὁ Σίσυφος εἰώθει· Hinc inprimis didici, Atticam hanc *Demosthenis Thracis* Paraphrasin Odysseae, cuius auctor vere dicebatur *Eustathio* ad Od. Σ. p. 651. v. 2. καλλιρρημονῶν πεζολογικῶς, ita, inquam, Paraphrasin istam fuisse constructam, ut remota fuerit μίμησις Poëtica, & remanserit ἁπλῆ διήγησις, simplex narratio earum rerum, quas ab *Homero* plurimi finguntur denarrasse. Suspicor autem, ad opus illud isthac ratione condendum inductum fuisse *Demosthenem*, insigni specimine *Platonis*, III. Πολιτ. p. 393. D. E. & 394. A. quo primam Poëtae μίμησιν, loquentis sub persona Chrysis in Il. A. a versu 18. usque ad v. 43. in sermonem solutum (Φράσω δὲ, inquit *Plato*, ἄνευ μέτρου, οὐ γάρ εἰμι ποιητικὸς,) ita convertit, ut evadat ἁπλῆ διήγησις. Ex ista antiquitate locus est in suo genere unicus, & multo elegantissimus; e quo in exemplum pauca depromam: apud *Homerum*,

rum, Il. Α. v. 32. sic loquitur Agamemnon, sive, ac si Agamemnon esset, Poëta Μιμητικός·

Ἀλλ' ἴθι μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι.

Plato, veluti διηγητὴς, ὁ ποιητικὸς, ista ad hanc normam expressit, p. 393. v. ult. Ἀπιέναι δὲ ἐκέλευε, καὶ μὴ ἓ ἐρεθίζειν, ἵνα σῶς οἴκαδε ἔλθοι. unicam literam editis *Platonis* verbis interserui, ponendo μὴ ἓ ἐρεθίζειν, pro μὴ ἐρεθίζειν. Paulo ante, pro Homericis, v. 20. . . . .

Παῖδα δέ μοι λύσαιτε φίλην,

in *Platone* legitur: τὴν δὲ θυγατέρα οἱ αὐτῷ λῦσαι. ubi superfluum αὐτῷ, voculae οἱ olim superscriptum, eiici poterit e contextu. *Plato* x. Πολιτ. p. 617. E. ἓ δὲ ὃκ ἐᾷν. cui alius addi poterit *Platonis* locus, ab *Henr. Stephano* indicatus in Append. ad Script. de Dial. Attica, p. 174. Ceterum videor mihi in fragmentis elegantissimis *Demosthenis Thracis*, dictiones quasdam observasse Atticas, prae ceteris *Platoni* frequentatas; talis utique est, ne alias memorem, prima omnium, quam ex isto opere enotavit *Eustathius*, Od. Α. p. 10. v. 15. ἀμηγέπη, qua Homericam ἀμόθεν interpretabatur: istam vocem, ab Atticistis recentioribus, talia studiose consectantibus, adhibitam, e veteribus certe nemo frequentius usurpavit *Platone*, in cuius scriptis minimum octies ἀμηγέπη, alteram formam ἀμωσγέπως (quam *Lysiae*, p. 234. restituit *Io. Taylor*,) decies & sexies memini me legere: prius, nempe ἀμηγέπη, T. I. p. 259. D. 331. D. T. II. p. 278. D. p. 474. C. & D. p. 736. E. p. 739. C. p. 861. C. Sed ne *Plato* nos detineat, illuc redeo, unde abieram.

XV. Quae leguntur in margine libri Leidensis, in tres possunt classes distingui: sunt enim Scholia vel paene eadem cum editis; vel pleniora; vel inedita. Pleraque primum Scholia, ad viginti tres Iliadis libros edita, complectitur etiam Codex Leidensis, ita tamen, ut saepissime edita possint e Ms. corrigi, & vocibus omissis locupletari; saepe etiam diversitas nullius sit momenti, & ab eo profecta, qui Scholia, e vetustis libris excerpta, in hunc ordinem digesserat, & inter scribendum rem eamdem verbis diversis expresserat. Neque breviores duntaxat adnotationes, sed & Scholia, quae in editis omnium sunt copiosissima, comparent in marginibus exemplaris scripti: qualia sunt ad initium Boeotiae non pauca, ad Il. E. v. 385. ad Il. Z. v. 155. ad Il. K. v. 255. ad Il. Ξ. v. 323. ad Il Σ. v. 486. 487. 488. & seqq. Haec & similia, pleraque derivata de scriptis *Apollodori*, spectantia ad veteris Graeciae historiam, (quam, quia fabularem vocamus, nonnulli in nimiam contemptionem adducunt:) eo conferebam ad Ms. consideratius, & animosius, ut earum rerum scientissimo spectatori, *Gerardo Iacobo Swindeno*, quocum nupera mihi erat amicitia, gratificarer munusculum. Cum pleraque laetus miseram, post aliquot menses novum illud & Graecis Musis inexspectatum lumen Parisiis male fuit exstinctum. Istius Iuvenis, regia via studia humanarum rerum inter Batavos tractantis, acerba morte quantum Literarum amatores fecerimus iacturae, partim indicavit Celeberr. *D'Orvillius*, amici memoriam ab interitu pie vindicans, Miscell. Obs. Nov. T. III. Quoniam, dum haec scribo, tristissimi casus recordationem nolo repetere, ista qui-

quidem pleraque omittam: ſed illud non erit inutile obſervaſſe, copioſa illa Scholia in editis, e diverſis ſaepe libris conflata, vocibus & ſignis, minio interpoſitis, in Mſ. diſtingui, veluti quae proſtant ad Il. Σ. v. 486. ſic (ſingulas adnotare differentias neceſſe non eſt,) leguntur in Mſ.

Ἑπτὰ ἀςέρες εἰσὶ κείμενοι ἐπὶ τὴν ȣ̓ρὰν τȣ̃ ταύρȣ ——— Ἀλκυόνη: ΙΣΤΟΡΙΑ. Ἄτλας ——— ἡ δὲ ἱςορία παρὰ τοῖς Κυκλικοῖς: Ὑάδας Φησὶ τὰς ε. ——— καθίςανται. ΕΤΕΡΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ. Ζεὺς ——— Πληϊάδας θ' Ὑάδας τε] Τὰς ——— ἐπὶ τῆς ἡμιόδȣ πλευρᾶς Π. καλεῖσθαι. ΙΣΤΟΡΙΑ· Ἄτλαντος τȣ̃ Ἰαπετȣ̃ ——— τὰς Ὑάδας Δωδωναίας νύμΦας εἶναι, ——— Ἄρατος ἐν τῷ πρὸς Θεότροπον ἑ. ——— Φησὶ δὲ Ἑλλάνικος ἐν τῷ α' τῶν Ἀτλαντικῶν ——— τό, τε σθένος Ὠρίωνος] Π. ——— κατηςερισμένον. ΙΣΤΟΡΙΑ. Ποσειδῶνος καὶ Ἑρμȣ̃ παῖς Ὀριεὺς ——— multis interiectis ——— ἀνέδωκεν ἐκ τῶν τῆς γῆς λαγόνων σκορπίον ——— in fine: Ὠρίων δύνει. ἡ ἱςορία παρὰ Φερεκύδῃ. ſequitur: Ἄρκτοι δείκνυνται ε. τ. β. κ. ——— ΙΣΤΟΡΙΑ. ὁ Ζεὺς Καλλιςȣ̃ς ——— παρὰ Καλλιμάχῳ.

Similiter ſe res habet in iis quae leguntur ad initium Boeotiae, ſive ad Il. Β. v. 494. cum editis lectiones quaedam Mſ. poterunt conferri:

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΒΟΙΩΤΙΑΣ. Ἄρξασθαι Φασί τινες ἀπὸ Βοιωτῶν τὸν Ὅμηρον τȣ̃ καταλόγȣ εἰς κεχαρισμένον τῶν Μυσῶν, ὧν ἐπεκαλέσατο — haec & cetera, ſi bene memini, contextui Homerico erant praefixa. Scholia in margine hinc incipiebant:

Βοιωτῶν μὲν] Οὗτοι οἱ πέντε Β. ς. Ι. δ. ο. ε. οἱ πλεῖςοι ——— κλόνος γὰρ, ἡ μάχη· ΙΣΤΟΡΙΑ. Ἡ Βοιωτία τὸ πρότερον Ἀρμία (Ἀονία recte legitur in Edd. & apud *Etymol.* in Βοιωτία· qui haec Scholia saepenumero descripsit.) ἐκαλεῖτο. Μετωνομάσθη δὲ Βοιωτία κατὰ μέν τινας ἀπὸ Βοιωτῦ καὶ Ἄρνης. Ἔτι δὲ καὶ Βοιωτοὶ &c. ——— in fine Scholii legitur: Ἱςορεῖ Ἑλλάνικος ἐν Βοιωτικοῖς, καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ γ:

atque ista ratione passim vox ἱςορία interseritur: similiter, ubi quaestiones positae solvuntur, praefigitur primum Ἀπορία, deinde Λύσις, quae forte interposuerat, qui Scholia collegit: legatur *Dan. Heinsius*, in *Hesiodi* Interpr. p. 81. Tandem maioris est momenti, nonnunquam Scholiis editis in Mſ. literarum aliquot ductus praefigi, in quibus Grammaticorum nomina latent. Ad Iliadis A. v. 52. quae prima leguntur, desunt in Mſ. ubi Scholion incipit a vocibus Οὕτως ἐτάφη. Sed nominis Grammatici compendium antefigitur, hoc modo exaratum:

σῃ ςϱ ι

Πυραί.] Οὕτως ἐτάφη Ἀργειὸς ὁ Λ. δ α. υ. Η. συναγαγόντος γὰρ, φησὶ, ςρατείαν ἐπὶ Ἴλιον Ἡρακλέες, διὰ τὸ Λαομέδοντι παρὰ σύνταξιν ποιῆσαι Ἡρακλεῖ σώσαντι ——— Λυκίμνιον δέ φασι τὸν πατέρα Ἀργείς φοβέμενον ——— πῶς ἂν διατελευτήσῃ τὸν ὅρκον, ——— ἡ ἱςορία παρὰ Ἄνδρωνι.

Literis Scholio praefixis designatur sine dubio σημείωσις Ἴςρε· *Scholion*, sive *observatio Istri* Grammatici, illius forte, qui, *Callimachi* discipulus, variis

riis scriptis inclaruit. Quae vulgo vocamus, quaeque a Grammaticis dicebantur, σχόλια, dici etiam solebant σημειώσεις quamvis σημειώσεις proprie illa erant adnotata, quae sibi quisque ex aliorum scriptis excerpta seligeret. Passim reperias apud *Eustathium*, & alios, Σημείωσαι, vel Σημειωτέον, ὅτι --- quo sensu etiam scribunt: Ἰςέον, ὅτι --- frequentius autem adnotata vel excerpta ordiuntur, omissis dictionibus σημείωσαι, & ἰςέον, facile subaudiendis, a vocula ὅτι, quam hoc modo, in Excerptis e *Strabone* semper, & apud alios saepe positam attigerunt *Casaub.* Anim. in *Athen.* p. 27. v. 30. *Gataker.* in *Antonin.* IV. § 10. & *Hemsterh.* ad Schol. in Plut. *Aristoph.* p. 218. b.

Scholio edito ad Iliad. Π. v. 140. praefiguntur literae σο † Ἱςορία. Προκατεσκεύακε &c. --- in fine Ms. praefert --- ἠρίςευσε, κ. μ. τ. Λ. ἡ ἱςορία παρὰ τῶν τὰ Κύπρια πεποιηκότων.

Istis literis quid designetur alii excogitabunt. Nolim vero quis putet, Scholia edita semper magis emendate legi in Ms. nomina enim propria, atque alia etiam adeo nonnunquam sunt distorta, ut, quid sibi velint, vix dignosceres, nisi recte legerentur in editis. Illud prae ceteris Codicem commendat Leidensem, quod Auctorum a veteribus Grammaticis citatorum testimonia non omiserit recentior, uti passim tamen solebat id genus hominum. Noster de isto grege seiungi debet; qui ne Porphyriana quidem nobis describere dubitarit. Ad Il. Γ. v. 242. vulgatur: ἡ ἱςορία παρὰ τοῖς Πολεμωνίοις ἤτοι Κυκλικοῖς· non ignoro quae de illo loco Viri Magni scripserint: verum eo haec adfero, ut

adnotem, in Mſ. tantummodo legi: ἡ ἱςορία παρὰ τοῖς Κυκλικοῖς· Credibile eſt in alio exemplari lectum: ἡ ἱς. παρὰ Πολέμωνι· atque ea in unum coaluiſſe. ad Il. Θ. v. 285. legitur in edito Scholio: ἡ δὲ ἱςορία ἀκριβέςερον εἴρηται παρὰ Ἀπολλωνίῳ τῷ Γραμματικῷ ἐν καταλόγῳ νεῶν. Mſ. praefert praeter cetera: παρὰ Ἀπολλωνίῳ τῷ Γραμματικῷ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν γενῶν· hoc mihi profectum videtur a recentiori, qui *Apollonium* noverat ſcripſiſſe περὶ γενῶν. Vix dubito, quin antiquus Grammaticus ſcripſerit: Ἀπολλοδώρῳ τ. γ. ἐν β' καταλόγυ νεῶν, inter cetera *Apollodori* ſcripta inprimis celebrantur Libri XII, quibus navium Catalogum Homericum illuſtraverat, & ab aliis, & a *Porphyrio* apud *Euſtath.* ad Il. B. p. 199. v. 51. citatur autem id *Apollodori* opus plus ſemel in Scholiis editis. *Apollonii* & *Apollodori*, *Herodoti* & *Herodiani* nomina a librariis fuiſſe permutata docte monuit *Adrianus Heringa*, Miſcell. Obſ. Nov. T. VIII. p. 932. & 945. Apud *Etymologum* p. 9. v. 1. vulgatur: Ἄγη — παρὰ Ἡρωδιανῷ, βασκανία· παρὰ Ὁμήρῳ, ἔκπληξις· ſine Mſ. conſenſu facile pateret legendum παρὰ Ἡροδότῳ, β. ſed Mſ.

Δ

Codex clare exhibet ἡρο. reſpicit autem Grammaticus locum *Herodoti* VI. C. LXI. τὸν Κλεομένεα — ὁ Δημάρητος διέβαλε, — Φθόνῳ καὶ ἄγῃ χρεώμενος· ubi genuinae vocis locum in editionibus occupat ἄτῃ. Sed de nominum propriorum corruptelis hic non eſt agendi locus.

XVI. Dicebam ſuperius, Scholia edita in Mſ. ſaepe legi pleniora. Hic deponam nonnulla iſtius generis, eo tamen pauciora, quia melius videbatur, ine-

inedita deinceps enotasse paulo plura. Scholion, ad Il. Α. v. 155. sic legitur in Ms.

Σημειωτέον ὅτι Δέμας μὲν ὁ Ποιητὴς τὸ ἔμψυχον εἴωθε λέγειν, παρὰ τὸ δεδέσθαι καὶ συνεςηκέναι. οἷον,

Οὐ Δέμας οὐδὲ Φυήν,

καὶ πάλιν,

—— Δέμας δ' ἤϊκτο γυναικὶ
Καλῇ τε μεγάλῃ τε

καὶ, ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικε
Θνηταῖς ἀθανάτῃσι Δέμας.

Σῶμα δὲ καλεῖ τὸ ἄψυχον· ἐπεὶ σῆμά τι ἐςὶ τῦ ποτε ζῶντος. οἷον,

Σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν,

καὶ ἐπὶ τῦ Ἐλπήνορος πάλιν,

Σῶμα μὲν ἐν —— Κίρκης κατελείπομεν ἡμεῖς,
Ἄκλαυςον καὶ ἄθαπτον

καὶ ἔτι,

—— σώματ' ἀκηδέα κεῖται.

Εὐριπίδης μέντοι ἐνηλλαγμένως, Δέμας ἐπὶ τῦ νεκρῦ λέγων,

Ἕκτον δὲ δὴ τόδ' ἦμαρ, ἐξότῦ σφαγαῖς
Θανῦσα μήτηρ πυρὶ καθήγνιςαι Δέμας.

Τὸ δὲ Σῶμα ἐπὶ ἐμψύχῦ λαμβάνει, λέγων,

Δεῖξαι γὰρ Ἀργείοισι σῶμ' αἰσχύνομαι.

Haec totidem literis scripta sunt in Ms. nisi quod in Homericorum locorum secundo Δέμας fuerat omissum; in quinto positum ἐν κίρκῃ, in Euripideo, ἕκ-

 τον

τὸν μὲν δὴ τ. Cui haec obſervatio videbitur non ſatis digna, quae tantum chartae inpleat, is velim recordetur, diſſerere me de Codice Leidenſi, atque illud eſſe inſtitutum, ut eius ratio omnibus appareat. Qui nonnulla ex hoc Scholio excerpſit *Euſtathius* p. 46. v. 27. Ἰϛέον δὲ inquit, ὅτι σημειῦνται οἱ παλαιοὶ, ſic vulgo ſolent veterum Scholia ab ipſo deſignari. *Pleraque* autem, *quae in* editis *Scholiis reperiuntur, ea Euſtathium in ſuos commentarios tranſtuliſſe*, paulo calidius & ſibi minus conſtans ſcripſit Magni *Iſaäci* Filius, *Mer. Caſaub.* in diſſert. de *Homeri* Edit. Hack. p. 171. In ſequentibus *Euſtathii* mentionem omittam, nam ſi vel eadem protulerit; fontes ipſi ſemper rivulis erunt anteponendi. Pars ultima Scholii ad Il. Α. 591. egregio ſupplemento ditari poteſt e Mſ.

> Εἴρηται βηλὸς ἀπὸ τῦ βαίνεσθαι· ὡς καὶ ὀδὸς ἀπὸ τῦ διοδεύεσθαι· καὶ ὁ Πανύασις δὲ, τὰ πέδιλα, Βίολα λέγει.

ad oram libri *Suidam* citat *Iſ. Voſſius*, qui paſſim rariora ſignis adiectis in Codicis margine deſignavit. Legitur apud *Suidam*, Βίολα, πέδιλα, ὑποδήματα. necdum poeniteat, Scholion legiſſe. ad Il. Δ. v. 440. poſt illa priora ſic pergit Mſ.

> Ἄρης δὲ, ἡ προθυμία τῦ πολέμυ, ἢ σωματοειδὴς θεός. Παραγενέσθαι δὲ αὐτὺς φησὶ, ὐχ ὡς συμμάχυς, ἀλλ' ἐκ τῶν ἡμετέρων ταῦτα παθῶν ἐπλάσατο.

ad Il. Θ. v. 48. in fine:

> Τρία δέ εἰσιν ἀκρωτήρια τῆς Ἴδης· Λεκτὸν, Γάργαρον, Φαλάκρα. τύτυ μνημονεύει Καλλίμαχος ἐν πρώτῳ Αἰτίων.

Mſ.

Mſ. praefert αἰτιῶν· *Callimachum* ea in re teſtem laudatum nusquam legerat *Bentlejus*. Editum ad Il. N. v. 588. Scholion multo plenius in Mſ.

Πτυόφιν] Πτύε Πτύον δέ ἐςιν, ἐν ᾧ τὰ ἠλοημένα γεννήματα ἀναβάλλοντες χωρίζεσι τε ἀχύρε. Ὁ δὲ τύπος παραγωγή. Τινὲς δὲ, τὰ μὲν σιδηρᾶ, Πτύα· τὰ δὲ ξύλινα, καὶ τρόπον χειρὸς ἔχοντα, οἷς καὶ τὲς ςάχυας ἀναῤῥίπτεσι, Θρίνακας καλεσιν.

perperam θρήνακας legebatur. ad Il. O. v. 71. praeter cetera:

Ἀθετεῖται ὁ ςίχος ετος. Τινὲς δὲ, Ἴλιον ἐκπερσωσι, γράφεσι.

ad Il. O. v. 101.

Οὗτος ὁ γέλως Σαρδώνιος καλεῖται, ὅταν τις μὴ ἐκ διαθέσεως ἢ κρίσεως γελᾷ, ἀλλὰ πρὸς ὑπόκρισιν μετὰ δαγμε τῆς καρδίας.

formam minus uſitatam δαγμὸς in vulgarem δηγμὸς nolim mutari. ad Il. Π. v. 589.

Αἰγανέης.] Εἶδος ἀκοντίε, πρὸς αἰγῶν ἄγραν ἐπιτηδείε. Οὐ βέλεται δὲ πλέον τὲς Τρῶας Φεύγειν. διὸ εἴληΦε σύμμετρον ἀκοντίε διάςημα, βελόμενος σημᾶναι, τὸ ὅσον ὑπεχώρησαν.

ad Il. T. v. 47. poſt verbum πεπονθέναι ſequentia leguntur:

Ἢ ὅτι ἐπίσης ἀμΦότεροι εκ εἶχον εὐθυδρομεῖν, εἰ καὶ ἐν διαΦόροις τόποις συνέβαινεν εἶναι τὴν πληγήν.

ad Il. T. v. 127. in medio Scholio ſic legitur in Mſ.

Ἱςορία. Οἱ περὶ Κρόνον Οὐρανε παῖδες ἀρχαῖοι Τιτᾶνες τοῖς ἀμΦὶ τὸν Δία νεωτέροις θεοῖς πόλεμον ἤραν-

ρavτο, καὶ τῦτο πράττειν δι' ἐπιβȣλῆς ἐγνώκασι, καὶ δηλῦσι τῦτο Διΐ, καὶ ἀξιῦσιν αὐτοῖς συγκροτῆσαι τῷ τῦ πολέμȣ καιρῷ, καὶ τιμῆσαι τὴν Στύγα, καὶ τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ ὅρκον θεῶν ποιῆσαι. ἡ ἱϛορία παρὰ Ἡσιόδῳ καὶ Θεογόνῳ.

expreſſi lectionem libri ſcripti mendoſam. In Scholio ad Il. Τ. v. 332. priora ferme cum editis congruunt; deinceps ridicule ἱϛορικοῖς legitur pro ἱϛȣργικοῖς, (in Schol. in *Theocrit*. xv. 80. ὑπȣργοὶ, pro ἱϛȣργοί.) tum ſic pergit liber Leid.

Αἱ μὲν ȣ̃ν κόραι ἐπὶ τȣ̀ς ταλάρȣς ὥρμησαν, καὶ τὰ λοιπά· (ὁ δὲ) ἀνελόμενος τὰ ὅπλα κατάΦωρος ἐγένετο, καὶ συνεϛρατεύσατο. Πρότερον δὲ —— ἡ ἱϛορία παρὰ τοῖς Κυκλικοῖς.

Ad Il. Υ. v. 74. multa leguntur editis paene ſimilia, ſed plura quae non lubet deſcribere; in illis etiam haec:

Οὗτος μὲν ȣ̃ν τρόπος ὑπὸ λόγων (l. ἀπολόγων) ἀρχαῖος ὢν πάνυ, καὶ ἀπὸ Θεαγένȣς τῦ Ῥηγίνȣ, (Mſſ. ῥιγίνȣ) ὃς πρῶτος ἔγραψε περὶ Ὁμήρȣ, τοιῦτός ἐϛιν ἀπὸ τῆς λέξεως. Ἔνιοι δὲ ἀπὸ ἔθȣς ἀπολογῦνται. --

Uno praeterea loco defungar, qui forte proderit, ſi quis retractare inſtituat antiquitates Dodonae, quas, praeter ceteros, a *Iacobo Gronovio* excitatos, in lucem protraxit Vir Eximius, *Iacobus Triglandius*. Ad Il. Π. v. 233. quae prima leguntur in Scholiis, & totidem paene verbis hinc repetita in Etymologico M. p. 393. eadem occurrunt in Scholiis Mſſ. in quibus nomen Thraſybuli proxime excipiunt edita, ad v. 235. hoc modo:

Ὑπο-

Ὑποφῆται λέγονται οἱ ἱερεῖς, ὑπομάντεις. —— &c.
Ἀνιπτόποδες] Ἤτοι βάρβαροι —— cetera eadem paene, in fine: Χαμαιεῦναι δὲ, οἱ ἐπὶ τῦ ἐδάφυς κοιμώμενοι λέγονται παρὰ Εὐφορίωνι.

Euphorionis in editis omiſſum nomen ſequuntur, ad v. 233. recte relata: Πελασγικὲ, Θ. &c. in quibus pro, ἐξ ȣ̃ καὶ Πελασγὸς, ὡς· Mſ. habet ἐξ ȣ̃ καὶ Θαῦσος ὁ ὑπὸ Πελασγῶν τιμώμενος· — Poſt nomen Πελασγία. haec proſtant:

Σελλοί.] Ἔθνος Ἠπειρωτικὸν τῆς Θεσπρωτίας κληθὲν ἀπὸ τῦ παραῤῥέοντος αὐτῦ ποταμῦ Σελλήεντος. reliquis haec poſt v. μαντεῖον ſubiiciuntur: οἱ δὲ ἀπὸ Σελλῦ τῦ Θετταλῦ τῦτο τὸ γένος· ὅθεν κατὰ διαδοχὴν οἱ τῦ Διὸς ἱερεῖς ἐγίνοντο.

XVII. Haec vero univerſa in nobilem *Homeri* locum adnotata antecedunt in Mſ. quae vulgavi poſt Anim. in *Ammonium* p. 246. ad ſcriptam lectionem expreſſa, ſi excipias nomen Μολοσσίας, pro mendoſo μηλυσσίας poſitum. Similiter in fine, pro οἱ δὲ πελάσγικε· λόφον, corrigi potuerat, Οἱ δὲ Πελαργικέ λ. ex *Euſtathio*, qui alteram adnotationis noſtrae partem citat p. 1074. v. 24. non item primam, in qua perperam ſcribitur Πόδαρος· Corrigi debet: τὸν Λυκηγενῆ Πάνδαρος· prouti in *Stephani Byz.* fragmento, recte correxit Celeberr. *Iacobus Gronovius.* Hic dum tractabat ea, quae proxime in *Stephano* ſequuntur, ſi Scholion habuiſſet ad manum, nullo negotio ſolviſſet nodum, quem ut intricatiſſimum eſſe oſtenderet, adhibuit aliquot centena verba; in Exerc. de Dodone p. 30, 31, 32. eo tandem prolapſus, ut *prorſus* crediderit, *Stephanum* ſcripſiſſe:

se: Τὸν δὲ Δωδωναῖον ἔλεγον καὶ Κασσωταῖον. ubi vulgatur: Τὸν δὲ Δωδωναῖον ἔλεγον καὶ ναῖον. *Pinedo*, *Berkelius*, *Eduardus Bernardus*, qui praeter *Gronovium* hunc locum attigerunt, hallucinantur. *If. Vossius* in margine fragmenti *Stephani* recte pro ναῖον posuerat Νάϊον memor, opinor, eorum, quae in Scholiis suis in *Homerum* legerat. Hinc aestimetur Scholii huius bonitas; in quo legitur: ὁ δὲ Δωδωναῖος καὶ Νάϊος· addita etiam adpellationis, de cuius veritate nunc non disputo, ratione: ὑδρηλὰ γὰρ τὰ ἐκεῖ χωρία· ad simplex lumen commenta protinus evanescunt: in Epitome etiam *Stephani* dudum legerant: τὸν δὲ Δωδωναῖον (*Jovem*) ἔλεγον Καιναῖον, *Cenaeum*. Literae tantum fuerant seiungendae: καὶ Νάϊον· hinc nonnulli *Hesychium* emendandum suspicabuntur: Δωδωνεὺς, Ζεὺς, ὁ αὐτὸς καὶ δῖος· ante erutum Scholion probabilis poterat videri correctio: καὶ – αῖος· quae *Heinsii* erat coniectura; nunc praetulerim Δωδωνεὺς, aut, si quis ita malit: Δωδωναῖος, Ζεὺς, ὁ αὐτὸς καὶ Νάϊος. Haec scripseram, cum recordabar, fragmentum *Stephani*, e Ms. emendatum, notis etiam illustrasse *Montefalconium* in Bibl. Coislin. Hic p. 284. prope veritatem accessit, iudicans, Ναῖον non esse in *Stephano* sollicitandum: ingeniose praeterea coniectat, Ναῖον eodem sensu accipiendum, quo dictus fuerit *Zenodoto* Iupiter Dodonaeus Φηγώναιος, *habitans in fago. Zenodotus*, cuius correctiones, a Grammaticis vulgo reiectae, semper aliqua sunt parte commmendabiles, in *Homeri* loco legendum iudicabat, quod e *Stephani* fragmento discere potuisset *Barnesius*,

Ζεῦ ἄνα, Φηγωναῖε,

sive

ſive potius cum Viro Praeſtantiſſ. Φηγώναιε, quaſi dicas *adyti Dodonaei incolam:* de Iove, quercus olim vocalis, & quidem πολυγλώσσυ, incola, verba *Heſiodi* putem accipienda,

—— ναῖεν δ' ἐν πυθμένι Φηγῦ.

in fragm. non una parte mendoſo apud *Schol. Soph.* in Trachin. v. 1183. ubi vulgatur ναῖον reliqua etiam poſſent tentari, & de vetulis fatidicis, ac Tomuris Dodonaeis, nonnulla proferri, aliis indicta; verum ea, quae attuli, ab inſtituto paulo alieniora forte iudicabuntur. Redeo itaque ad Scholia in *Homerum.*

XVIII. Scholiis Codicis Leidenſis ineditis ſaepe *Porphyrii*, interdum nomen praefigitur in huiuſcemodi certe libro inexſpectatum Σεναχηρεὶμ, ſaepiſſime neutrius. Huius generis Scholia inedita vetera, quibus nomen Auctoris non praefigatur, ſubdam nonnulla, quorum primum & ſecundum, pleraque non item, attigit *Euſtathius.*

Il. B. v. 825. Πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο.] Πίνοντες μέλαν ὕδωρ τῦ βαθυτάτυ Αἰσήπυ ποταμῦ. Τὸ δὲ μέλαν κοινὸν ὑδάτων ἐπίθετον ὡς, κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης· καὶ Καλλίμαχος,

—— Αἴσηπον ἔχεις, ἑλικώτατον ὕδωρ.

Il. Γ. v. 213. & ſeqq.

Τρεῖς οἶδε τρόπυς ῥητορείας Ὅμηρος· τὸν βραχὺν καὶ ἀπολελυμένον, καὶ ἱκανὸν αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα παρασῆσαι, ὃν Λυσίας ἐζήλωσεν· τὸν ὑψηλὸν καὶ καταπληκτικὸν καὶ μέγισον καὶ ἐνθυμημάτων μεσὸν, καὶ τύτων ἀθρόως ἐμΦερομένων, ὡς νῦν ὁ Δημοσθένης

τὸν

τὸν πιθανὸν καὶ τεχνικὸν, καὶ πολλῶν πλήρη δογμάτων, καὶ τὸ γνωμικὸν καὶ σαφὲς ἐπιλεγόμενον, ὃν Ἰσοκράτης.

Il. Δ. v. 259.

Τίμιον τῦτο παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὡς καὶ ἔτι παρὰ Κυμαίοις· Γερέσιον δὲ, τὸ τοῖς ἐντίμοις διδόμενον· κατελείπετο γάρ τι τῶν λαφύρων εἰς τὰς κοινὰς εὐωχίας.

Il. E. v. 807. 808.

Πάντα, κῦρον, ἢ τὰ ἀγωνίσματα. οὐ καθόλυ δὲ εὑρέθη παρὰ Ἀριςάρχῳ τὸ,

Ῥηϊδίως· τοίη —ἐγὼν ἐπιτάῤῥοθος ἦα.

ἐναντίον γάρ ἐςι τοῖς προκειμένοις.

Il. E. v. 857.

Εἰ ὖν ἑπταπέλεθρος ὁ Ἄρης, πῶς τὸ Διομήδυς δόρυ τρῶσαι αὐτὸν δύναται κατὰ κενεῶνος; ὅτι νῦν ἀνδρὶ εἴκαςαι. πάρα γάρ οἱ

— κεῖνος Ἄρης (Φησὶ) βροτῷ ἀνδρὶ ἐοικώς.

τὸ δε Μίτρην, κατὰ δοτικὴν Ἀρίςαρχος, Ἡρωδιανὸς δὲ μετὰ τῦ ν, ὅπερ βέλτιον·

Il. Z. v. 147.

Δύναται μὲν καὶ ἄρθρα εἶναι, ἄμεινον δὲ συνδέσμυς αὐτὺς ἐνδέχεσθαι· Ἀλεξίων δὲ εὐθύνει, τὰ ἄρθρα σολοικισμὸν κατὰ τὴν Φράσιν νομίζων, ὅς Φησι, πῶς ἑνικὸν ὂν τὸ, Γενεὴ, ἐπιμερίζεσθαι δύναται· κακῶς δέ· δύναται γὰρ καὶ ἐξ ἑνικῦ ἐπιμερισμὸς γίνεσθαι.

Il. H. v. 298.

Θεῖον ἀγῶνα, τὸν περὶ τὰ ἱερὰ, ἔνθα οἱ θεοὶ αὐλίζον-

ζονται διὰ τὰ ἀγάλματα. Γράφεται δὲ καὶ Θύονται, ὡς Ἡρωδιανός. ὅτω γὰρ ἄμεινον.

Il. Θ. v. 378.

Ἠθικῶς καὶ τῦτο, πρὸς τὸ,

— ὁ δὲ μαίνεται οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς.

ΠροΦανείσα δὲ γράΦει Ἀρίςαρχος, δυϊκῶς· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ΠροΦανείσας βέλεται, συςέλλων Δωρικῶς τὸ α, ᾧ καὶ πειθόμεθα.

Il. Λ. v. 115. ἁπαλὸν — ἦτορ ἀπηύρα.]

Τῦτο ἐκίνησε τὲς Στωϊκὲς, καὶ Ἀντίπατρον ἐν τῷ περὶ ψυχῆς δευτέρῳ, λέγειν, ὅτι συναύξεται τῷ σώματι ἡ ψυχὴ, καὶ πάλιν συμμειῦται.

Il. M. v. 175–181.]

Ἀθετεῖ Ἀρίςαρχος, πρῶτον μὲν, διὰ τὸ πύλας ἄλλας ὀνομάζεσθαι· ἀρέσκει γὰρ αὐτῷ μίαν εἶναι· Εἶτα διὰ τὸ, Ἀργαλέον δέ με ταῦτα, — Φησὶ γὰρ, ὅτι καὶ μὴν ἔΦρασε τὴν τειχομαχίαν· Εἶτα καὶ διὰ τὸ, Λαπίθαι. Οὐ γὰρ δεῖ Φησι τὲς πατέρας καὶ τὲς υἱοὺς Λαπίθας καλεῖν. Πῖος δὲ, ἀπολογούμενος πρὸς τὰς ἀθετήσεις Ἀριςάρχε, ταῦτα Φησὶν, ὅτι Ἄσιος μὲν περὶ τὴν μίαν πύλην τὴν ἱππήλατον ἐμάχετο, οἱ δὲ περὶ αὐτὸν περὶ τὰς μικρὰς πύλας. τῷ δὲ, ἄλλας μικρὰς εἶναι, οὐδεὶς εὖ Φρονῶν ἀντείποι. πῶς γὰρ τοσοῦτον πλῆθος ἐν τῷ Φεύγειν διὰ μιᾶς εἰσῄει. Τὸ δὲ, Ἀργαλέον δέ με ταῦτα, πάνυ μετρίως εἰρῆσθαι Φησί· ἀνδρῶν γὰρ ἀναιρεμένων κατάλογον διεξιὼν καὶ τρόπες τῶν ἀναιρέσεων, καὶ λόγες τῶν ἀναιρούντων καὶ πιπτόντων, καὶ συμπτώματα τῆς τύχης, καὶ πολυμερῆ μάχην, εἰκότως ἐνδείκνυται δυσχερῆ τὴν τούτων διή-

διήγησιν. τὸ δὲ, Λαπίθαι, γελοιότερον. πῶς γὰρ ἄλλως ἦν ὀνομάσαι τοὺς τῶν Λαπιθῶν ὑιοὺς, ἢ τὸ πατρικῷ ὀνόματι;

Il. N. v. 599.

Οἰὸς ἀώτῳ: Προβάτȣ ἄνθει, ὅ ἐςιν ἐρίῳ· ἐξ ἐρίων γὰρ συνέπλεκον τὰ κῶλα τῆς σφενδόνης, οὐχ ὡς νῦν νεύροις, ἵνα διατείνοιτο ἐν τῇ ἀποῤῥίψει. Πολλὰ δὲ δηλοῖ τὸ Ἄωτον, ὥς Φησιν Ἐπαφρόδιτος· νῦν δὲ τὸ τοῦ ἐρίου λεπτότερον καὶ καθαρώτερον. (l. λεπτότατον καὶ καθαρώτατον.) ὅθεν καὶ αἱ σφενδόναι ἐπλέκοντο.

Il. Ξ. v. 40.

Ἡρωδιανὸς Πῆξεν ἀποδέχεται, ἵν' ᾖ τὸ ἐν ἀκινησίᾳ ἐποίησεν· ἐπὶ τινὶ γὰρ χαλεπῷ τὴν ἀποχώρησιν αὐτȣ̃ ὑπώπτευσαν ἢ μᾶλλον ἐπέῤῥωσε· ἡ γὰρ ἐλπὶς αὐτῶν ὁ λόγος αὐτȣ̃. Ἀρίςαρχος δὲ Πτῆξεν, ἀντὶ τȣ̃ ἐταπείνωσεν, ἢ ἐπτόησεν.

Il. Ξ. v. 176.

[Πεξαμένη] Διακρίνασα καὶ διαχωρίσασα (Mſ. ρή.) Τὸ δὲ Πλοκάμȣς ἔπλεξε, παρονομασία ἐτυμολογική. Μέμφεται δὲ Πλάτων τὸν κόσμον, ἀγνοῶν ὡς ἀνθρωποπαθεῖς τȣ̀ς θεȣ̀ς ὁ Ποιητὴς εἰσάγει. Φυλακτέον (Mſ. πεφυλ. *forte* παραφυλ.) δὲ τὸ παιδευτικὸν, ὅτι ȣ̓ κομμώτριας (Mſ. ȣ̓καμματρί) εἰσήγαγε τῇ θεῷ, ἀλλ' αὐτὴν ἑαυτῇ πάντα ὑπηρετȣ̃σαν.

Il. o. v. 384.

Ἰδίωμα Φησὶν Ἀρίςαρχος γεγενῆσθαι περὶ τὴν μάχην· τῶν γὰρ Τρώων ἕως τȣ̃ τείχȣς γεγονότων, οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τῶν πρυμνῶν μάχονται. διὸ οἱ Τρῶες, ὅπως ἀπὸ ἴσȣ βάλοιεν ὕψȣς, ἀπὸ τῶν ἁρματίων δίφρων αὐ-

αὐτοὶ μάχονται, ὥςε ἀποςραφῆναι τὰς ἵππες ἐπὶ τὴν Ἴλιον. ἔσονται δὲ καὶ οἱ ἡνίοχοι ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν τετραμμένοι, τὰ δὲ νῶτα δόντες τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ παραβάται σκέποντες αὐτὰς ἅμα καὶ μαχόμενοι, διὸ καὶ ὁ ἡνίοχος Πολυδάμαντος Κλεῖτος (Mſ. κλῖτος) κατὰ τὸν αὐχένα τέτρωται.

Il. o. v. 445.

Ἀμφίβολόν ἐςι, πότερον τὸ κλειτόν ἐςιν ὄνομα, ἢ τὸ ἀγλαόν. καί τινες μὲν τὸ Κλειτόν φασι παρὰ λόγον· Κλεῖτον γὰρ ἔδει εἶναι πρὸς ἀντιδιαςολὴν τȣ̃ κλειτὸν, ὃ σημαίνει τὸν ἔνδοξον. ἄμεινον ȣ̃ν, τὸ μὲν κλειτὸν ἀντὶ τȣ̃ ἔνδοξον, τὸ δὲ Ἀγλαὸν ἀντὶ κυρίȣ ὀνόματος ἐκλαμβάνειν.

Il. Π. v. 347.

Ἐπάνω τῆς ὑπερώας ἠνέχθη ἡ πληγὴ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον. οἱ δὲ ὀδόντες κατὰ τὴν ἐπιδρομὴν τȣ̃ δόρατος ἐξετινάχθησαν. Ὀςέα δὲ ὁ Ἀπολλώνιος τὰς σφονδύλȣς φησίν. οἰκείως δὲ ἐπὶ μὲν ὀςῶν Ἐκέασθεν, ἐπὶ δὲ ὀδόντων Ἐτίναχθεν, ἐπὶ δὲ τȣ̃ δόρατος Ἐξεπέρησέ φησι.

Il. Π. v. 542.

Ταῦτα γὰρ σώζει, τὸ μὲν πόλιν καὶ οἰκήτορας, τὸ δὲ, ἀπεῖργον τὰς πολεμίȣς. Αἰσχύλος,

Ὅπȣ γὰρ ἰσχὺς συζυγȣ̃σι καὶ δίκαι,
Ποία ξυνωρὶς τῶνδε καρτερωτέρα;

τὴν δίκην δὲ προτάσσει, ὡς μᾶλλον τῶν ἄλλων ἁρμόζȣσαν βασιλεῖ.

XIX. Scholia libri Leidenſis inedita nonnunquam nomen praeſerunt *Senacherimi*; huius generis

ris exempla pauciora ſcopo noſtro ſatis erunt: Ad Il. H. v. 410. ubi praeter cetera reperitur — πυρὸς μειλισσέμεν· — ſic legitur in Mſ.

ΤΟΥ ΣΕΝΑΧΕΙΡΙΜ:

Τὸ διὰ πυρὸς μειλίσσεσθαι. λέγει δὲ κινδυνεύειν καὶ ταφῆς μεταδιδόναι, ἢ διὰ πυρὸς θάπτεσθαι. Δοκεῖ δὲ τὴν ἀναφορὰν πρὸς τὰ πρῶτα ἔχειν. ἐχαρίσατο μὲν γὰρ διὰ τῆς ταφῆς τῶν τεθνηκότων, ἐκ φόβων δὲ καὶ αὖθις ἀνάγων αὐτοὺς, δι' ὧν πεπόνθασιν εἰς προσδοκίαν μειζόνων, ἔτι φησίν. ἀνεκδιοίκητα εἶναι τὰ κατὰ τοὺς ὅρκους, καὶ τὴν τούτων παράβασιν.

ad Il. Λ. v. 347.

ΤΟΥ ΣΕΝΑΧΕΙΡΙΜ:

Τὸ Κυλίνδεται οὕτως ἡμῖν ἤκουσαι· ἢ ἀντὶ τοῦ, βαρέως ἡμῖν καταφέρεται. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀφ' ὕψους καταφερομένων σωμάτων, καὶ ἐπιπιπτόντων τοῖς ὑποκειμένοις. ἢ ἀντὶ τοῦ, ἐκ θεοῦ ἐπέρχεται. ἐν μὲν τῷ Κυλίεται ἐμφαινομένου τοῦ ἀφ' ὕψους φέρεσθαι. διὰ δὲ τοῦ ὕψους νοουμένης τῆς θείας ὑπεροχῆς.

ad Il. T. v. 218.

ΣΕΝΑΧΕΙΡΙΜ:

Εἰ δὲ καὶ τοῦτο δοκεῖ, ὅτι ἁπλοϊκωτέρως χρωμένων τῶν Ἡρωϊκῶν προσώπων τῷ περὶ αὐτολογίας, καὶ ἀνεπιφθόνως καὶ φιλαληθῶς ἐκτιθεμένων τὰ οἰκεῖα πλεονεκτήματα. καὶ τὸ Πολλὸν οὕτως ἤκουσαι. — προβαλοίμην Πολλόν. εἶτα θεραπεύει καὶ τοῦτο, διὰ τὸ μὴ ἐξ ἰδίας συνέσεως τοῦτο λέγειν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πολυχρονίου πείρας. Τοῦτο δὲ παρατηρητέον, καὶ ἐν οἷς ἄλλοις πρόσωπόν τι ἑαυτῶν συνιστᾷ, ἢ δι' ἐπαίνου ἢ ἑτέρως πως συγκροτεῖ.

ad

ad Il. Τ. v. 298.

ΣΕΝΑΧΗΡΕΙΜ:

Οὐχ, ὡς τισιν ἔδοξεν, ἐνταῦθα ἀκέεσθαι χρὴ τὸ ὡς. ἀλλὰ ὅτως ἐμοὶ δοκεῖ θήσειν, ἤγουν κατὰ θέσιν ποιήσειν ἄλοχον κουριδίην, τοῦτο γενομένην τῇ θέσει καὶ τῇ σχέσει θετικῶς, ὅπερ κατὰ Φύσιν ἡ παρθενικὴ τυγχάνει.

ad Il. Φ. v. 76.

ΣΕΝΑΧΕΙΡΗΜ:

Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, τὸ, Πρώτῳ πασάμην, μὴ κατὰ τάξιν τινὸς τῶν ἑξῆς λέγεσθαι, ἀλλ' ἐσχάτως ἀντὶ τοῦ προτέρως.

ad Il. Ψ. a v. 507. ad v. 512.

ΣΕΝΑΧΕΙΡΗΜ:

Ἀπὸ τοῦ Στῆ δ' ἐν μέσῳ ἀγῶνι —— μέχρι τοῦ,

Καὶ τρίποδ' ὠτώεντα Φέρειν· ὁ δ' ἔλυεν ὑΦ' ἵππους,

ἐμΦαντικῶς χρὴ τοὺς διὰ μέσου στίχους ἐκδέχεσθαι, ἵνα διαστήματος παραδρομὴ ἐμΦαίνηται, μεταξὺ τοῦ τε διελθεῖν τὸν Διομήδην, καὶ μετ' αὐτὸν τὸν Ἀντίλοχον. καὶ λογίζεται ὁ ἀκροατὴς τόσον προδραμεῖν τὸν Διομήδην τῶν ἄλλων, ἐΦ' ὅσον ἦν δυνατὸν γενέσθαι, ἅπερ διὰ τῶν στίχων τούτων λέγει γενέσθαι. ὅπερ μὴ ὂν ἐν τῷ Ἀντιλόχῳ καὶ τῷ Μενελάῳ Φησὶν, Ἀλλὰ καὶ ὣς Μενέλαος ἔχ' ἐγγύθεν ὠκέας ἵππους, καὶ τὰ ἑξῆς.

Haec, non ſatis emendate ſcripta, quum nihil etiam contineant, quod detrimento ſit ignoraſſe, eo tamen proferenda videbantur, ut ratio Scholiorum, quae ſub nomine *Senacheribi* leguntur in Leidenſi

Codice, cognofceretur. In illis, faepe perbene, fententia Poëtae ab homine non indocto modefte proponitur: nec Auctores veteres citatos neque tamen etiam in illis offendi recentioris aevi vocabula, quae vocant Graeco-barbara. Ab inepto Grammatico non poterat exfpectari quae legitur ad Il. x, 375. adnotatio *Senacheribi.* Sunt tales non paucae; quibus ferme folis, praeter Porphyriana, cum nomen *Senacherim* accurate femper praefigeretur, coepi fufpicari, ignobilem Grammaticum e variis exemplaribus in unum volumen diverforum & *Porphyrii* collegiffe Scholia, &, dum illa referret in margines Iliadis *Homeri*, fua paffim ceteris immiscuiffe obfervata, quibus, ut fecernerentur a reliquis, nomen fuum femper antefixerit. Pervelim autem, ut quis me quidpiam de ifto *Senacheribo* edocefaciat, quibusin oris & quo temporis articulo, Seculo XII, an XIII, vixerit; fed credo equidem, plerisque omnibus, nifi fi qui Codicem tractarint Leidenfem, Grammaticum penitus effe inauditum; nomen praeterea prorfus inopinatum, forte nemini mortalium inditum, a quo vetus Affyriorum Monarcha a filiis fuerat, dum facris operaretur, trucidatus. Huius nomen, fecundum Hebraeos Σαγχερὶβ pronuntiandum, in Graecae verfionis Librorum V. T. Codice Alex. femper fcribitur Σεννα-χηρεὶμ, nifi quod, ubi prima eius fit mentio, ponatur Σεναχηρεὶμ, in Codice autem Romano paffim legitur Σενναχηρίμ. Graeco flexu Σεναχήριβος five Σεναχήριμος (in Mff.) aliquoties vocatur *Iofepho*, Ant. Iud. x, c. 1. §. 1. 4. 5. Σαναχάριβος, *Herodoto*, II. c. 141. Quae tanquam *Berofi* vulgavit *Fabricius* Bibl. Gr. Vol. XIV. p. 202. verba effe *Iofephi* dudum mo-

monuerat *Scaliger.* Ne Graeca quidem ſed peregrina forma ſcribitur in Leidenſi libro Grammatici nomen, Σεναχειρὴμ, vel Σεναχηρίμ. Sueverant iam olim Grammatici Graeci ex hiſtoria vetuſtiſſima repetere nomina, quae operibus ſuis praefigerent. Noti ſunt *Melampus*, *Iaſon*, *Leander*, *Palamedes*, *Diomedes*, *Neoptolemus*, *Draco*, ſimilesque: neque mireris Chriſtiano Grammatico nomen e libris Sacris inpoſitum; ſed illud oppido mirificum, nomen illud *Senacherimi*, Sacris Scriptoribus deteſtati, cuipiam potuiſſe placere: nulla enim re alia Rex Senacherib Sacris fuit hiſtoricis nobilitatus, niſi quod ſuperbi iactatoris, contra Hiskiam arma moventis, exercitum Deus ultor proſtraverit, & ipſe domum redux inhoneſta morte perierit. Vulgo autem Chriſtiani inprimis ominis erant in nominibus propriis captandi ſtudioſiſſimi; & iam antiquiſſimo aevo Graeci nomina etiam bene ominata conſectabantur: *Plato* in Cratylo, p. 397. B. πολλὰ ὥσπερ εὐχόμενοι τίθενται, οἷον Εὐτυχίδην καὶ Σωσίαν καὶ Θεόφιλον, καὶ ἄλλα πολλά. Res, doctis nota, multis poſſet firmari. Praeter cetera, quae in N. F. proſtant, nomina bene ominata ſunt: *Eraſtus*, *Eutychus*, *Epaenetus Aſyncritus*, & ſervulorum, *Oneſimus*, *Oneſiphorus*, Graeci fuerunt Grammatici, *Pamphylus*, *Eudaemon*, *Epaphroditus*, *Soſibius*, *Eugenius*, *Eulogius*, *Irenaeus*, *Pius:* his nomen *Senacheribi* poterit nunc adiungi.

XX. Quisquis tandem Scholia collegerit, huic plurimum debemus propter adnotata *Porphyrii*, ceteris immixta. Plerisque nomen *Porphyrii* praefigitur: nonnullis, quae Porphyriana videbantur,

nomen non fuit adiectum: hujus generis duo Scholia subiiciam: ad Iliad. Υ. v. 234. leguntur sequentia:

Τὸν καὶ ἀνηρείψαντο.] Ἀπὸ τῆς ἔρας ἀνέβησαν. ΤΦ' ἓν δὲ τὸ Ἀνηρείψαντο. τινὲς δὲ τὸ ἂν σύνδεσμον ἀνεδέξαντο· ἵν' ᾖ ὁ λόγος ὅτως· τῦτον δὲ καὶ ὅσου ἕνεκα τῦ κάλλυς καὶ ἀνηρείψαντο ἂν οἱ θεοὶ, δηλονότι, εἰ μὴ ἐτεθνήσκει καὶ γὰρ ὐδέποτέ φασι παρὰ τῷ Ποιητῇ εἰσάγεται οἰνοχοεύων ὁ Γανυμήδης. ἀλλὰ πρὸς τῦτο λεκτέον, πρῶτον μὲν, ὡς ὐδέποτε χωρὶς ἂν (l. τῦ ἂν) ὁ Ποιητὴς λέγει τὸ ἡρείψαντο. ἔπειτα ἐν ἑτέροις λέγει,

Δῶχ' υἷος ποινὴν Γανυμήδεος·

τὸ δὲ πάντων μεῖζον, ὁ καὶ συμπλεκτικὸς ἐπιζητεῖ πράγματα, ἃ συμπλέκει. ὁ δὲ ἂν ἀναιρετικός ἐστι πάντων τῶν προϋπαρχόντων· πῶς ὖν δύναται συνταχθῆναι ὁ ἂν τῷ καί; Εἰ δέ φασιν, ὅτι ὐ φαίνεται τοῖς θεοῖς διακονύμενος, ἴστωσαν, ὅτι δύο συμπόσια παρεισάγονται· καὶ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ γέλωτος ἕνεκα ὁ Ἥφαιστος οἰνοχοεῖ· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ, Ἥβη. παρεῖναι γὰρ τῦτον ὐκ εἰκὸς εἰς καταστροφὴν Ἰλίυ τοῖς θεοῖς βυλευομένοις. Μνασέας δέ φησιν ὑπὸ ταύτης (*leg. forte*, Ταντάλυ) ἡρπάσθαι, καὶ ἐν κυνηγεσίᾳ ἀναιρεθῆναι. Δωσιάδης δὲ, ὑπὸ Μίνωος· καὶ ὁ λιμὴν, ὅθεν ἡρπάσθη, Ἁρπαγίας καλεῖται. ἀξιῦντα δὲ μιγῆναι αὐτῷ κατακρημνίσαι αὐτὸν, τὸν δὲ πλάσασθαι τῷ πατρὶ ὡς μὲν ἔλληνα (*leg.* θύελλα) αὐτὸν ἥρπασεν. ἐξ αὐτῶν δὲ πρῶτον ἡ παιδεραστία ἤρξατο· τῇ γὰρ εὐεξίᾳ τῶν σωμάτων ἐκινήθησαν κατ' ἀλλήλων.

De hoc Scholio si quis dubitat, utrum sit *Porphyrii*; quod sequitur, illis videbitur Porphyrianum, qui

qui legerint ſuperius edita, & Quaeſt. Homericas. Pertinet autem ad Iliad. Σ. v. 356. & duodecim verſus ſequentes, quos non eſſe Homericos oſtendit *Zenodotus*, argumentis in eam rem uſus haud ſane contemnendis: quum praecedentis Scholii partem poſtremam attigerit *Euſtathius*; huius ne veſtigium quidem apud *Euſtathium* reperietur:

Ζηνοδότῳ, τῷ συγγράψαντι περὶ τῆς Ὁμήρȣ συνηθείας τὰ δέκα βιβλία, συγγέγραπται καὶ περὶ τȣ́τȣ τȣ̃ τόπȣ, ἐν ᾧ συγγράμματι πειρᾶται ἀποδεικνῦναι, διεσκευασμένον τȣ̃τον τὸν τόπον ἐπῶν ιγ΄. Πρῶτον γάρ φησι, τὰς εἰσαγομένας τῶν θεῶν ὁμιλίας ȣ̓κ ἐκτὸς τῆς ὑποθέσεως παραλαμβάνεσθαι, ἀλλ᾽ ἢ ὑπὲρ διδαχῆς τινος τῶν εἰς τὴν Ἰλιάδα συντελȣ́ντων, ἢ καὶ ὑπὲρ ἐπιδείξεως ἱστορίας παλαιᾶς οἷον τὴν Διώνην πρὸς Ἀφροδίτην λέγȣσαν,

—— Τέτλαθι τέκνον ἐμὸν,
—— Πολλοὶ γὰρ δὴ τλῆμεν, —— Τλῆ μὲν Ἄρης·

ἱστορίαν γὰρ παλαιὰν ἐκτίθεται. Τῆς δὲ Ἥρας (*imo* Ἀθηνᾶς) πρὸς Δία ἐπικερτομησάσης·

Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥά τί μοι κεχολώσεαι ὅ, ττι κεν εἴπω;
Ἦ μάλα δή τινα Κύπρις ——

διδάσκει γὰρ, ὅτι ἀπὸ Ἀφροδίτης ἠπατήθη ἡ λέξις· (*f. leg.* διδάσκει γὰρ ἡ διάλεξις, ὅτι ἀπὸ Ἀφρ.) καὶ τὰς ἄλλας δὲ ὁμιλίας τῶν θεῶν ȣ̓κ εἰκῆ φησι παραλαμβάνεσθαι. Ταύτην δὲ ȣ̓́τε ἱστορίαν φησὶ λέγειν, ȣ̓́τε τοῖς προκειμένοις (*Mſ.* ἀποκειμένοις) πράγμασι πλέον τι προστιθέναι. Ἔπειτα, μέλλοντα τὸν Ὅμηρον διατίθεσθαι τὰ περὶ Ἡφαίστȣ πρὸς Θέτιν, ȣ̓κ ἂν πρὸ αὐτῆς ἄλλην διάλεξιν θεῶν λαβεῖν, ποικίλλειν ἀεὶ

εἰωθότα τὴν ποίησιν, καὶ ἀπὸ μὲν τῶν ἀνθρωπίνων ἐπὶ τὰ θεῖα, ἀπὸ δὲ τῶν θείων ἐπὶ τὰ ἀνθρώπινα μεταβάλλειν. Εἶτα ἀνόητον τὸ λέγειν, Ἔπρηξας καὶ ἔπειτα —— ὡς ἐκ πείσματος παρηκολȣθηκότος τȣ͂ γενομένȣ· ȣ̓δὲ γὰρ ῥητῶς δεδήλωκεν ὁ Ποιητὴς, ὅτι ταῦτα ὕϛερον ἔμαθεν ὁ Ζεὺς, ὡς ἐν τῷ ἄλφα,

Ἀλλὰ σὺ μὲν —— αὖθις ἀπόϛιχε —— καὶ,
ȣ̓δὲ μὶν Ἥρη
Ἠγνοίησεν·

Εἶτά φησιν, ὅτι ἄλογον, τῇ μὲν Ἥρᾳ χαλεπαίνειν αὐτὸν, ἐπὶ δὲ τῇ τῆς Ἴριδος ἀποϛολῇ, τῇ δὲ αὐχμη (*forte legendum:* ἐπὶ τῇ τῆς Ἴριδος ἀποϛολῇ· τῇ δὲ Ἀθηνᾷ μηδὲ κατὰ βραχὺ, τ. κ.) κατὰ βραχὺ, τῇ καὶ συμπραξάσῃ Ἀχιλλεῖ, καὶ τὸ πῦρ δειξάσῃ πρὸς κατάπληξιν τῶν πολεμίων, ὁπότε ἔμπροσθεν τῇ μὲν Ἥρᾳ συγγινώσκειν (*forte* δεῖν *inferendum*) φησὶ τὸν Δία, τῇ δὲ Ἀθηνᾷ χαλεπαίνειν πλέον. Καὶ ὅτι πολλὴ ἡ ἀλογία φαίνεται, ἧ, παρὰ καιρὸν ἡλίȣ δύνοντος (*Il.* Σ, 241.) ὑπὸ Ἥρας, ȣ̓δὲν περὶ τȣ͂το ἐγκαλεῖ ὁ Ζεὺς, παρεγχειρȣμένης τῆς τȣ͂ κόσμȣ τάξεως. Πῶς δὲ ȣ̓κ ἐναντίον, φάσκειν περὶ Διὸς,

Μίσησεν δ' ἄρα μιν δηΐων κυσὶ κύρμα γενέσθαι·

νῦν δὲ ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ αὐτȣ͂ ἀγανακτεῖν; ȣ̓δὲν γὰρ ἄλλο πέπρακται ἐκ τῆς Ἀχιλλέως ἀναϛάσεως, ἢ τὸ μηδὲν παθεῖν· πῶς τε τὴν ἀπὸ Ἴδης μετάβασιν τȣ͂ Διὸς ȣ̓ δεδήλωκεν; ἀλλὰ τȣ͂το μὲν συγχωρητέον κατὰ τὸ σιωπώμενον γενέσθαι· τὰ δὲ ἄλλα σαθρά ἐϛι καὶ ὕποπτα. Ἥγε μὴν ἀπολογία τῆς Ἥρας καὶ ἀνοήτως ἔχει· δέον γὰρ προβαλέσθαι, ὅτι κακὸν ȣ̓δὲν εἰργάσατο τȣ̀ς Τρῶας, σώσασα Πάτροκλον, ὅπερ καὶ τῷ Διῒ κεχάριϛο, ἡ δέ φησιν, ὅτι

Οὐκ

Οὐκ ὄφελον Τρώεσσι κοτεσσαμένη κακὰ ῥέξαι.
ὐδὲν γὰρ ἄλλο πράττει νῦν, ἢ συκοφαντεῖ ἑαυτήν. Ταῦτα ὡς ἐν κεφαλαίῳ ὑπὸ Ζηνοδότυ (*Mſ. hic* ζηνοδωρ.) συγγέγραπται. Ἀφαιρυμένων δὲ τῶν ιγ´ ςίχων, τὸ λοιπὸν ἁρμονίαν ἔχει.

XXI. Plura depromerem, niſi copioſas adnotationes iterato tranſſcribenti taedium ſubreperet: tandem, ut his tricis me expediam, quaedam ſuccedant, *Porphyrii* nomen praeferentia; ſed haec etiam eo ponam pauciora, quod plurima ſub huius nomine iam fuerint prolata. *Porphyrii* Scholia vel ſunt Ἀπορίαι καὶ Λύσεις, vel ἐξηγήσεις dictionum locorumve *Homeri*, quales ab aliis vulgo ſcribebantur. Huius generis ſunt ſequentia: ad Il. Α. v. 486.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ:

Ὑπὸ δ' ἕρματα μακρὰ τάνυσσαν.

Ἐξηγῦνται τὰ ὑπερείσματα. ἀπὸ γὰρ τῦ ἐνεῖρθαι τῇ γῇ γέγονεν. Οὕτως ὖν καὶ τὰ ἐλλόβια Ἕρματα εἴρηται παρὰ τὸ ἐνεῖρθαι,

Ἐν δ' ἄρα Ἕρματα ἧκεν ἐϋτρήτοισι λοβοῖσι.

καὶ Ἑρμῆς, (*l.* Ἑρμὶς,) ὁ κλινόπυς, τὸ οἷον ἕρμα καὶ ἐρηρεισμένον κατὰ γῆς. καὶ,

Ἡμεῖς δ' Ἕρμα πόληος ἀπέκταμεν·

τὸ ἔρεισμα καὶ θεμέλιον (*f. l.* παρὰ τὸ) ἐρηρεῖσθαι ἐν τῇ ἔρᾳ. καὶ Ἕρμα δὲ, ὁ περιδέραιος κόσμος·

Χρύσεον Ἕρμα ἔχων,

εἶτ' ἐτυμολογεῖ, —— μετὰ δὴ λέκτροισιν ἔορτο.

ad

ad Il. Θ. v. 323–329]

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ:

Ἤτοι ὁ μὲν Φαρέτρης ἐξείλετο πικρὸν ὀϊςὸν,

μέχρι τȣ̃ —— τόξον δέ οἱ ἔκπεσε χειρός. Ἐν τȣ́τοις τοῖς ἔπεσι τοῖς παρὰ τȣ̃ Τεύκρȣ εἰρημένοις, ζητȣ̃σι ποίαν χεῖρα τέτρωται ὁ Τεῦκρος. καὶ πότερον τὴν νευρὰν ἐπὶ τὸν ὦμον ἕλκει, καθάπερ οἱ Σκύθαι· τȣ̃το γὰρ ᾤετο Νεοτέλης, ὅλην βίβλον γράψας περὶ τῆς κατὰ τȣ̀ς Ἥρωας τοξείας, καὶ τȣ̀ς μὲν Κρῆτας Φάμενος τὴν νευρὰν ἕλκειν ἐπὶ τὸν μαςὸν, τὴν δὲ τάσιν κυκλοτερῆ ποιεῖσθαι τῶν Σκυθῶν, ȣ̓κ ἐπὶ τὸν μαςὸν, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ὦμον ἑλκόντων, προέχειν τὰ εὐώνυμα μέρη τȣ̃ τοξεύοντος τὰ δεξιά.

ad Il. N. v. 443.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ:

Τὸ Σπαίρειν καὶ τὸ Σκαίρειν τινὲς συγχέȣσι, ταυτὸν δηλȣ̃ν νομίζοντες, καίπερ Ὁμήρȣ διακρίνοντος. Τὸ μὲν γὰρ Σπαίρειν μετὰ τȣ̃ α κατὰ Ἀττικὴν συνήθειαν λέγει Ἀσπαίρειν. Ἀσπαίροντα δ' ἔπειτα —— καὶ, Ἀσπαίροντα λαβών.

Ἡ ῥά οἱ ἀσπαίρȣσα, καὶ ȣ̓ρίαχον πελέμιζεν
Ἔγχεος·

καὶ,

Ἤσπαιρ, ὡς ὅτε βȣ̃ς ——

Τὸ δὲ Σκαίρειν ȣ̓κέτι μετὰ τȣ̃ α·

Μολπῇ δ' ἰυγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἕποντο.

Ἔςιν ȣ̓̃ν ἡ διαΦορὰ, ὅτι τὸ μὲν Σπαίρειν καὶ Ἀσπαίρειν ἄμεσον δηλοῖ κίνησιν, ὃ γίνεται ἐν ἰχθύσι, καὶ τῷ δεδεμένῳ (*Mſ.* δεδεγμ.) κατὰ τὸν Ποιητὴν βοΐ. Τὸ

δὲ

δὲ Σκαίρειν, ἔμμετον κίνησιν, ὀρχηστικὸν καὶ εὔρυθμον. Οἶμαι δ' ἔγωγε καὶ τῶν ἰχθύων τὸν Σπαίροντα καὶ τὸν Σκαίροντα κατὰ διαφόρους ἐννοίας διαφόρως προσηγορεῦσθαι, τῆς κινήσεως οὐχ ὁμοίως ἑκατέρων γινομένης. Τὸ δὲ Σκαίρω πάντως ὀξυτέρας ἀφῆς. καὶ τὴν Πολύσκαρθμον (Mſ. πολυκ.) Μυρίνναν προσεῖπεν ὁ Ποιητής, μίαν τῶν Ἀμαζόνων, ἅς φασι καὶ εὐσκάρθμους (Mſ. ἀσκ) ἵππους ἀπὸ δὲ τοῦ αὐτοῦ ἐν τῇ συνηθείᾳ τὸ Σκιρτᾶν, καὶ Σκαρδαμυκτεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἴρηται.

Praeterea Leidenſis Codex exhibet *Porphyriana*, quibus Quaeſtiones poſitae, ſive Ἀπορίαι, ſolvuntur, qualia in editis exſtant non pauca, ſed multo plura in Mſ. pleraque ſub nomine *Porphyrii*. Harum *Porphyrii* obſervationum magna pars dudum fuit vulgata in libello Quaeſtionum Homericarum, opera *Andreae Aſulani* in lucem edito: conſtat is libellus in vetuſtis Edd. ſegmentis ſive Quaeſtionibus XXXII. Quo modo Porphyriana iſta legantur in Mſ. Leidenſi breviter indicandum: Segmentum III Quaeſt. Homer. ubi agitur de ſignificatu vocis Αἴολος apud *Homerum*, quum potuiſſet loco magis oportuno deponi, fuit relatum ad Iliadis Z. v. 116. Quae leguntur Segm. IV Quaeſt. Homer. occurrunt in Mſ. ad marginem illius loci, quo ſpectabant, Il. Ψ, v. 422. Segmento V Quaeſt. Hom. tractatur initium Iliadis Ἰῶτα· iſta ſuo loco leguntur, paulo tamen contractiora in Mſ. quam fuerunt edita. Sic orditur Mſ.

Ὡς δ' ἄνεμοι δύο: ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

Νῦν δοκεῖ πρὸς μηδεμίαν χρείαν δυοῖν ἀνέμων εἰκόνα παραλαμβάνειν· deinceps aeque ac in Edd. memoratur Ἀπολ-

Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Μόλωνος· tandem ſic deſinit nota Mſ. βαρέως δὲ Φέρουσι τὰ γεγονότα οἱ ἄριστοι. δύο οὖν πάθεσι συνεχομένους εἰπὼν τοὺς Ἕλληνας ἀπεικάζει προσηκόντως πελάγει δυσὶ πνεύμασιν ἐξεγειρομένῳ. —— Nec priores tantummodo, ſed & poſtremas, quae quidem pertinent ad Iliada, *Porphyrii* Quaeſtiones Mſ. noſter ſubminiſtrat. Quae in Edd. vetuſtis Quaeſtio eſt xx, legitur ad marginem Mſ. Il. Σ. v. 100. hoc modo:

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ: εἰς τὸ,
Ἐμεῖο δ' ἔδησεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι,

Sequuntur totidem verba, quot ſunt in Edd. Sequens Quaeſtio xxi, ſi tamen quaeſtio eſt dicenda, reperitur in Mſ. ſuo loco ad Il. Τ. v. 182.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ: Ἀμφίβολον διὰ τὴν αἰτιατικήν. in fine Mſ. τὸ τῆς ἀρῆς ἀπᾶραι, τουτέστι τῆς βλάβης ἀπαλλάξασθαι καὶ ἐξιλάσασθαι. Quaeſtionis, in veteribus Editionibus triceſimae, ultima verba vulgantur: Ζηνόδοτος δὲ Διϊπετῆ τὸν διαυγῆ ἀποδίδωσιν. haec, in margine libri Leidenſis ad Il. Ρ. v. 263. poſita, longe plura excipiunt inedita, quorum partem ſupra iam poſui, reliqua deſcribere ad finem properanti non lubet. Easdem autem Quaeſtiones Homericas *Porphyrii* in Codice etiam Mediceo inter cetera legi Scholia ex iis paene conficias, quae e Scholiis iſtius Codicis promit *Alex. Morus.*

XXII. Viam exiſtimo me planam effeciſſe ad iudicandum de *Porphyrii* obſervationibus in *Homerum*, ſub nomine Quaeſtionum Homericarum vulgatis. Inter edita *Porphyrii* ſcripta, quatuor opuscula, quae ſpectent ad *Homerum*, recenſuit *Io. Alb. Fabricius*, B. G. Vol. IV. p. 185, & 186. Sed eorum

rum secundum qui ad *Porphyrium* referunt, graviter errant. *Moralis* ista quae vocatur *interpretatio errorum Ulyssis*, ante biennium Leidae renovata, mille circiter annis post obitum *Porphyrii* demum fuit scripta. Patrem libelli *Nicephorum* esse *Gregoram* disci poterat e Codice Vindebon. quem *Petrus Lambecius* indicavit L. v. Comment. de Biblioth. Caesar. Vindeb. p. 291. Tria autem opuscula *Porphyrii*, *de antro Nympharum*, fragm. *de Styge*, & *Homericae Quaestiones*, ex eodem in *Homerum* Commentario, quocunque fuerit insignis nomine, videntur fuisse repetita. Qui triginta duo capita, sub Ὁμηρικῶν Ζητημάτων nomine, primus edidit *Andreas Asulanus*, in Praefat. *hunc*, ait, *libellum ex antiquis excerptum exemplaribus Tibi Lector nunc damus, daturi propediem & Didymum & Aristarchum.* Ista verba apud *Fabricium* legenti suspicio nascebatur, Graeculum quempiam, *Asulani* mercenarium, excerpsisse Porphyriana de librorum veterum marginibus, in quibus, pariter ut in Leidensi, reliquis legerentur Scholiis intermixta. Postea credere malui, serie continua codicem ista subministrasse, qui partem complecteretur exiguam adnotationum in *Homerum*. *Porphyrii* Ζητήματα citantur in editis ad *Homerum* Scholiis ad Il. Β, v. 249. & 308. Istis in locis tradita certissime non leguntur in Quaestionibus Homer. quumque libros septem *Miscellanearum Quaestionum* scripserit *Porphyrius*, *Holstenio* memoratos, cap. VII Dissert. de vita & scriptis *Porph.* inde crederes derivata, nisi τὰ Ὁμηρικὰ Ζητήματα memorarentur in iisdem Scholiis ad Il. Γ, v. 175. quoniam ab editis multum dissidet Codex Leidensis, Scholion, quod de Menelai liberis post

Ga-

Galeum ſcripturienti proderit, e Mſ. una cum mendis deſcribam:

> Ὁ Πορφύριος ἐν τοῖς Ὁμηρικοῖς Ζητήμασιν ὅτως φησίν· ἐρατεινὴν εἶναι παῖδα τὴν Ἑρμιόνην ὁ δὲ Δίαιθος, Ἑλένης καὶ Μενελάε ἱςορεῖ παῖδα Μοράφιον, ἀφ' ὅ τὸ τῶν Μοραφίων γένος ἐν Πέρσαις. ὁ δὲ Κιναίθων, Νικόςρατον. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι δύο παῖδας Ἑλένης τιμῶσι, Νικόςρατον καὶ Αἰθίολον.

Hermiones ceterorumve nulla ſit in editis Quaeſtionibus mentio. Has ſi quis nunc iudicaverit e Scholiis Homericis a quopiam deſcriptas, qui, de more *Porphyrii*, libellum ſuis verbis *Anatolio* inſcripſerit, poterit is e Praefatione paulo conſideratius expenſa ſententiam roborare; ſed in illa, pro περινοῦμεν, legi debet παρανοῦμεν. Nam ut ſtatuas cum *Holſtenio*, *Porphyrium* obſervata pauciora primum evulgaſſe, veluti maioris operis in *Homerum* praeludia, οἷον προγύμνασμα τῶν εἰς αὐτὸν ἀγώνων, uti legitur in Praefat. tamen videbitur admirabile, deinceps in maiori ſua πραγματείᾳ voluiſſe *Porphyrium* eadem, ne verbo quidem mutato, reponere: eadem autem obſervata non pauca, verbis iisdem expreſſa, Codex ſuppeditabit Batavus, plurimis Porphyrianis interſerta. Omnibus his, fateor, egregie quadrat, quod in Praefatione legitur, conatum ſe fuiſſe pateſacere, *Homerum* ſuorum verborum interpretem esſe optimum: ὡς αὐτὸς μὲν ἑαυτὸν τὰ πολλὰ Ὅμηρος ἐξηγεῖται. verumtamen & iſta reperiuntur initio ſegmenti XI Quaeſt. Hom. ad hanc normam integrando: Ἀξιῶ δὲ ἐγὼ, ὃ μαρτυρῶ, ἐξ Ὁμήρε σαφηνίζειν αὐτῶ, ὃν ἐξηγόμενον ἑαυτὸν ὑπεδείκνυον· Poteſt itaque alicui probabile videri, Poëmatis utriusque, praeci-

cipue loca Iliadis difficiliora ſumſiſſe ſibi *Porphyrium* illuſtranda; ex hoc autem opere, quocunque illud nomine voluerit deſignari, derivata, praeter cetera, vulgati libelli capita, quaeque leguntur in *Homeri* Leidenſis marginibus. In his multa copioſe tractantur, nullus locus, quin prima facie poſſit nodoſus videri, plurima, quae potiori iure, quam vulgati libelli nonnulla capita, Ὁμηρικὰ vocari poſſint Ζητήματα, ſive potius Ἀπορίαι. *Suidas*, poſtquam recenſuerat libros ſeptem Συμμίκτων Ζητημάτων, Γραμματικὰς Ἀπορίας ſub *Pophyrii* nomine commemorat. In Porphyrianis iſtis Libri Leidenſis & in editis Ἀπορίαις de multis rebus quaeritur, quas cognoviſſe ſupervacuum atque inutile, neque illud immerito, dictitet Philoſophus. Egit de iſtiusmodi Quaeſtionibus Grammaticorum Poëticis accurate *Woweranus*, de Polymath. c. x. In rerum divinarum humanarumque fonte *Homero*, nec mirum, nihil relinquebant intentatum; quique ſive circa nodos ſcienter ſolvendos elaborabant, ſeu certe profitebantur, *Omnes ſolvere poſſe quaeſtiones*, dicti fuerunt Λυτικοί *Euſtathio*, οἱ παλαιοὶ Λυτικοὶ, & οἱ τῶν Ὁμηρικῶν ἀποριῶν Λυτικοὶ, laudantur ad Il. P. p. 1131. v. 16. & ad Il. X. p. 1365. v. 31. de quibus notavit *Io. Ionſius*, de Script. Hiſt. Phil. II. c. XVII. §. 3. Unicus perſaepe locus *Homeri* pluribus Quaeſtionibus ingenioſe tractandis materiem ſubminiſtravit; veluti in Il. Λ. v. 631. & ſeqq. poculum depingentis Neſtoreum; de quo Myrleanus *Aſclepiades* verboſam conſcripſit diſſertationem, conſervatam ab *Athenaeo*, XI. a p. 488. A. & ſeqq. ſunt enim Aſclepiadea ad paginam usque 493. mediam. *Porphyrii* nota, ſubiecta Anim. in *Ammonium* p. 244.

 in-

indicabit, quo pacto ſolverint nonnulli quintam earum Quaeſtionum, quas ſibi poſuerat *Aſclepiades*, ad illam p. 493. D. commemorans *Soſibii* commentum; **Σωσίβιος ὁ Λυτικὸς** Ptolemaei Philadelphi munificentia alebatur Alexandriae: & credidi plurimas Poëticarum Quaeſtionum natas in Alexandrino Muſeo, quibus excogitandis & argute ſolvendis homines eruditi vacaverint, ut his luſibus otium dispungerent, animumque rebus gravioribus verſandis defeſſum repararent. Hoc ſi verum eſt, res vacabit vituperatione: vero certe ſimile apparebit e Scholio *Porphyrii* ad finem Iliadis Ἰῶτα depoſito, cuius priora tantum verba deſcribam e libro Leidenſi petita:

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ:

Ἐν τῷ Μουσείῳ τῷ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν νόμος ἦν προβάλλεσθαι Ζητήματα, καὶ τὰς Λύσεις τὰς γινομένας ἀναγράφεσθαι. Προεβλήθη οὖν, —

XXIII. Porphyriana conſtat *Euſtathium* ſuos in Commentarios recepiſſe plurima, quae reperiantur ſive in Quaeſtionibus Homer. ſeu in Leidenſi Codice; verum id minus liquet, quis libro fuerit index, quo Porphyriana derivaverit. Quinquagies *Euſtathio* citatur ad Iliada *Porphyrius*, & in tanto numero duo duntaxat e *Porphyrio* traduntur, quae, cum momenti ſint non nullius, ignoraremus absque *Euſtathio*, ubi ſub teſte *Porphyrio* tradit, quinam optime Catalogum *Homeri* ſint interpretati, ad Il. B. p. 199. v. 48. & meliora p. 216. initio: hinc docuit *Gulielmus Canterus*, epigrammata quaedam, ab *Henr. Stephano* ſine Auctoris nomine vulgata, partem efficere Pepli *Ariſtotelis* Stagiritae. Quum illud

illud in Praefatione libelli, anno 1571. ſub *Ariſtotelis* nomine vulgati, monuerat Elegantiſſimus *Canterus*, biennio poſt, invidus ſaepe virtutis alienae obtrectator, *Henr. Stephanus* ita libello renovato praefatus eſt, ut cupide velit videri non ignoraviſſe, quod *Canterus* detexerat. Decies tantum *Euſtathio*, Odyſſeam commentanti, memoratur *Porphyrius*: de decem iſtis locis, tria ſpectant diſſertationem de antro Nympharum; duo attingam: ad Od. Γ. p. 127. v. 6. iſta, inquit, διευκρινεῖ ἄριςα ὁ Πορφύριος ἐνθεὶς τὸν ἐθέλοντα μὴ θελούσῃ μιγνύμενον, reſpiciens Il. z. v. 165. ubi quae promit e *Porphyrio Euſtathius* p. 488. v. 25. partim leguntur in Porphyrianis ſubiectis Anim. in *Ammon.* p. 242. Quae protulit ad v. Ἐπήβολος non contemnenda loca Scriptorum Atticorum ad Od. B. p. 99. v. 27. & ſeqq. ex eodem *Porphyrio* repetiit *Etymologus* in v. Ἐπήβολος. Praeter unum locum male praetermiſſum, reliqua omnia multo melius ſcripta proſtant in capite Quaeſt. Homer. primo, non item in libro Leidenſi; nam ſpectant ad Od. B. v. 318. *Etymologum* & *Euſtathium* ſua derivaſſe de Porphyrianis iſtis, inde etiam eſt manifeſtum, quod tres conſpirent in loco *Platonis* male deſignando: verba *Platonis* leguntur L. II. de LL. p. 666. D. in edit. *Stephani* recte ſcripta; *Euſtathio*, παιδείας ponenti, verba Libri IV. de LL. ultima obverſabantur. Maiorem in Iliadis quam in Odyſſeae locis explanandis operam inſumſiſſe *Porphyrium*, & aliunde liquet & ex *Euſtathio*, Quaeſtiones Homericas nuſpiam memorante. Scripſiſſe *Porphyrium* commentarios in *Homerum*, *Macrobii* loco inſtructus, non dubitanter ponit *Lucas Holſtenius*, c. VII. Diſſert. *Porphyrii*

τὰ εἰς τὸν Ὅμηρον semel citantur *Eustathio:* ubi eius alibi fit mentio, nominatur tantum *Porphyrius:* tria loca excipio, ad Il. A. p. 25. v. 40. B. p. 213. v. 19. p. 272. v. 20. in illis legitur: *ἐν τοῖς τοῦ Πορφυρίου φέρεται ταῦτα.*

XXIV. Pari modo designatur passim *Eustathio,* quem legerat, *Apionis* & *Herodori* commentarius in Iliada: *ἐν τοῖς Ἀπίωνος καὶ Ἡροδώρου φέρεται* ad eam normam iunctim ubique locorum nominantur; octies tamen *Apion* solus; bis *Apione* non comitatus *Herodorus.* Ubi prima vice eorum meminit, citat *Apionis* & *Herodori* *βιβλίον εἰς τὰ τοῦ Ὁμήρου,* deinceps *τὰ εἰς τὸν Ὅμηρον ὑπομνήματα.* utrumque locum indicabit *Ionsius* de S. H. P. IV, § 22. Si bene commemini, semel tantum Scholiorum nomine designatur eorum commentarius ad Il. X. p. 1354. v. 16. *Ἡρόδωρος καὶ Ἀπίων ἐν τοῖς εἰς τὸ Πῖ σχολίοις λέγουσι.* A Porphyrianis, *Apionis* & *Herodori* notis, passim distinguuntur Veterum Scholia, sub variis nominibus *Eustathio* laudata. *Porphyrius* potissimum in locis, quae viderentur difficiliora, commode enodandis, & in tradendis rebus veteris memoriae elaboravit *Apion* vero & *Herodorus,* sive *Heliodorus,* suis in commentariis praecipue fuerunt in singulis, quae ab usu essent remotae, dictionibus Homericis interpretandis occupati, & in adnotandis e diversis Grammaticorum editionibus variis vocum lectionibus. Hinc petenda ratio, cur *Apion* praecipue toties testis advocetur a Grammaticis, qui dictiones Homericas in Lexica congesserunt. Quem nunquam non *Herodorum* vocat *Eustathius, Heliodorum* reliqui nominant Grammatici: de ista nomi-

minis differentia notat Celeberr. *Albertius* in Epiſt. ad Eulog. n. 31. Qui quinquies apud *Athenaeum*, & ſaepiſſime laudatur in Scholiis ad *Apollonium Rhod. Herodorus*, ſcriptor fuit Argonauticorum, & operis laborioſi, quo Herculis geſta explicuerat: nihil video cauſae, cur omnino crederemus cum *Ionſio*, hunc non eſſe diverſum ab *Homeri* commentatore. *Heliodorum* Grammaticum, *Apionis* comitem, cur *Herodorum* nuncuparet *Euſtathius*, ab ipſius Codice repetendum exiſtimo: bis tamen Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος iunctim nominantur apud *Athenaeum*, XI. p. 501. E. & XIV. p. 642. E. ſed poſteriori loco, ubi citantur e *Pamphili* Gloſſario, ante *Caſaubonum* legebatur Ἀπίων καὶ Διόδωρος· literarum ductus monſtrant, olim ſcriptum fuiſſe Ἡλιόδωρος· iſta loca non deſignavit, qui centenis erroribus ſcatentem indicem Auctorum ab *Athenaeo* citatorum confecit, indignus profecto, cuius turpiſſimum centonem operi duraturo interſereret *Io. Alb. Fabricius*. *Apionis* mentio multo recurrit apud Grammaticos frequentior, ubi dictiones explicantur Homericae; in Etymologico M. frequentiſſima; & Lexicorum Homericorum magna ſine dubio pars ex *Apionis* in *Homerum* commentariis fuit derivata. Supereſt *Apollonii* Sophiſtae Lexicon Homericum: in paucis ſpeciminibus, quae vulgata Viris debemus Clariſſimis *Monteſalconio* & *Albertio*, plus vicies teſtis citatur *Apion*: ne quis forte requirat, non pigebit loca *Apollonii*, reperienda ſive in Biblioth. Coisliniana, ſeu in notis ad *Heſychium*, indicaſſe; *Apion* memoratur in vocibus: Ἀβαρβαρέη. Αἰσυμνητῆρι. Ἆσαι. Αὐδήεσσα. Ἀχαρίςερον. Βαθυπέπλων. Βαμβαίνων. Βέρεθρον. Βλητοί. Δύη. Ζαφελῶς. Θαλπωρή. Θήρ. Θρυλλίχθη. Λαβρεύε-

βρεύεται. Λαῖτμα. Μακών. Νεαίρη, bis. Ῥήτρη. Φαλός. *Heliodorus* laudatur in v. Ἀνάπυςα. (uti & apud *Hesych.*) Ἄρπυια. & Ὑγρὸν ἔλος iunctus comiti suo *Apioni*, in v. Ἀνδραχθέσι. — ὁ μὲν Ἡλιόδωρος — ὁ δὲ Ἀπίων Quum Lexici *Hesychiani* partem vocabula efficiant Homerica, dubitari non potest, quin plurima illis insint *Apionis* & *Heliodori* interpretamenta: Sed non inutile videbatur, ea de re paulo dixisse explicatius.

SCHEDIASMA

DE

Epistola ad Eulogium. Hesychio praefixa, operisque inscriptione.

LExico *Hesychii* splendidus ille, sed operis dignitati minime conveniens titulus legitur praefixus: Λέξεων πασῶν συναγωγὴ κατὰ στοιχεῖον, ἐκ τῶν Ἀριστάρχου καὶ Ἀππίωνος καὶ Ἡλιοδώρου, Ἡσυχίου γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως. Quae tandem illa sint ex *Aristarchi Apionis* & *Heliodori* scriptis in opus Hesychianum derivata, cuperem equidem edoceri: in istiusmodi rebus verba mihi dari non facile patior, & titulis ambitiosis, si sensu vacant, haud sane valide moveor. Interea si quis me roget, e quorum libellis Lexicon existimem coaluisse Hesychianum, dicere non dubitabo, tres istos Grammaticos nihil adeo videri habuisse commune cum illis, quae sine con-

controverſia optimam conficiunt & maximam operis partem; qualia ſunt pleraque Lexica, ſed inprimis Gloſſaria. Dictiones diverſis Graeciae populis proprias in Gloſſariis explicuerant antiquiſſimi Grammatici, non quasvis ſine discrimine, ut plerumque videntur viri Docti credidiſſe; ſed illas duntaxat, quae a Poëtis, aliisve, qui ſcripſerant iſtis Dialectis, certis in locis operum ſuorum fuerant uſurpatae. Praeter Auctores ipſos, Gloſſaria etiam iſta, ſuis Parentibus inſcripta, dudum perierunt; niſi quod pleraque, Laconicum videlicet, Creticum, & reliqua, fuerint a Grammatico, quem *Heſychium* appellamus, in unum veluti corpus collecta. Iſtas λέξεις γλωσσηματικὰς Linguae veteris ſtudioſi Critici mecum iudicabunt *Homeri* ceterorumque apud *Heſychium* dictionibus propterea praeſertim anteponendas, quod nullum ſuperſit Lexicon vetus, ad Heſychianum hac in parte aequiparandum. *Innumera* talia *diverſarum nationum vocabula* reperiri in Etymologico M. re non ſatis perſpecta, poſuerat *Mauſſacus*. Iſtiusmodi quidem nonnulla proſtant apud *Etymologum* eximia, quaeque Heſychianis rite admota uſum habere poſſint perinſignem; ſed haec oppido pauca dici debent, ſi conferantur ad copiam Heſychianam. Nihil etiam ſimile ſubminiſtrabit rerum optimarum locuples *Suidae* Lexicon: is ne Laconicas quidem ex *Ariſtophane* Comico praeter pauciſſimas dictiones recepit. Nec hac in parte quidquam ex ineditis *Photii*, *Ioannis Damaſceni*, ceterisque videtur Lexicis exſpectandum. De *Photio* res omnibus eſſe poterit manifeſta: e copioſiſſimo *Ioannis Damaſceni* Dictionario, quod Bibliotheca recondit Bernenſis, quaecunque le-

guntur sub litera Ζῆτα speciminis gratia ad me misit Theologus Bernensis, animi & doctrinae ornamentis Praestantissimus, *Iacobus Kocherus.* Codicibus Coislinianis insunt minime contemnenda; multa protrita; nihil vero, quod possit alicui videri repetitum ex istiusmodi Glossario, qualia plurima redegit in suam Syllogen *Hesychius.* Aliquot in Bibliotheca sua commemorat *Photius* veterum Dictionaria, sed unum tantum recenset a se lectum *Pollionis*, quod voces complecteretur Poëticas, & *Diogeniani* duobus in locis obiter facit mentionem. *Pausaniae* & *Aelii Dionysii* Lexica post *Photium* diligentissime versavit *Eustathius*, aliorumque praeterea momenti non magni Dictionaria, in illorum praesertim observatis ubique locorum describendis optime de nobis meritus. Multa fuerunt e Lexicis, *Eustathio* memoratis, in Hesychianum derivata; nam quod scribit alicubi *Kusterus, Hesychium nomine τȣ̃ εἰπόντος ab Eustathio intelligi*, prorsus abhorret a similitudine veri. Glossarium, qualia plura *Hesychii* nobis adservavit diligentia, nullum suis in commentariis citat *Eustathius.* Sed is ne legerat quidem Lexicon Tragicum & Comicum, quae, a Glossariis istis omnino distinguenda, satis ut arbitror diligenter descripta, recepit *Hesychius* in suam hanc utilissimam dictionum vetustarum συναγωγήν. Tragicorum Comicorumque vocabula rariora probabiliter ἅπαντα legebantur in Lexicis antiquis: singula digessit secundum literarum seriem, ceterisque, non raro perverse scripta, *Hesychius* interseruit; neque nomina Auctorum, quando propter usum rariorem dictionibus fuerant adposita, praetermisit. Harum rerum intelligentes latere nequit,

quit, quantum in Hefychianis occupent fpatium *Aefchyli*, *Sophoclis*, *Euripidis*, aliorumque Tragicorum, Comicorum & *Ariftophaneae* lictiones, faepenumero fatis copiofe illuftratae, & ex duobus iftis Lexicis, mea quidem opinione, tranffcriptae. Aliorum praeterea veterum, five Poëtae fuerint, feu fermone fcripferint foluto, voces & loquendi formulae minus ufitatae fuerunt e variis Lexicis antiquis in Hefychianum introductae. De vocabulis *Archilochi*, *Anacreontis*, & antiquiffimorum Poëtarum quorumvis nemo dubitat: fed aliorum quoque de Principibus exquifitae dictiones apud *Hefychium* reperiuntur; *Hippocrateae* quidem, quod conftat, plurimae; *Pythagoreorum*, *Democriti*, *Platonis*; *Herodoti*, *Thucydidae*, *Xenophontis*, *Theopompi*; *Demofthenis*, *Aefchinis*, aliorumque. In his, quae univerfa fimul fumpta maximam fine controverfia partem efficiunt Hefychiani Lexici, nihil tamen adeo reperitur, quod hoc in genere ftudiorum exercitatis ulla fpecie videri poffit ex *Ariftarcho*, *Apione*, & *Herodoro* repetitum. In *Ariftarcho* tamen, Principis Grammatici commentarios in Poëtas excitando, poffet forte quis disputare. Sed hunc rogarem, *Didymus*, quo nemo plura fcripfiffe dicitur, an non potiori iure, fi ifta valeret ratio, nominari potuiffet. Exemplo fit veterum librorum, quos in Bibliotheca nobiliffima plerosque verfaverat, diligentiffimus *Athenaeus*. *Athenaeo* veluti *Anacreontis* & *Ionis* Tragici interpres memoratur *Ariftarchus*; fed *Didymus* ipfi citatur, tanquam qui commentariis interpretatus fit *Sophoclem*, *Pratinam*, *Ionem*, *Achaeum*; *Cratinum*, *Ariftophanem*, *Phrynichum*, *Diphilum*; *Demofthenem*.

K 5 Prae-

Praeter illa, quae attigi, quid ſupererit in *Heſychio?* Lexicon luculentum dictionum Homericarum. His omnibus deductis, quod remanebit, ſi abeſſet, non magni redemerim. Gloſſas, quas vocamus Sacras, aevo fuiſſe recentiori Heſychianis interſertas, liquido *Bentlejus* oſtendit in Epiſtola ad Doctiſſimum *Bielium*. Pleraeque dictionum iſtarum nominumque Orientalium interpretationes aut ex aliis potuerant addiſci, aut eorum produnt ſapientiam, qui illas ſcripto conſignarunt. Proverbia pleraque putem ab *Heſychio* derivata & aliunde, ſed potiſſimum e Lexico Comico, & Platonico: de Platonico certius forte poterit a me iudicari, ubi illud *Timaei* Pariſiis accepero; niſi tamen *Heſychius* deperditam *Boëthi* λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγὴν, illa *Timaei*, *Photio* iudice, multo meliorem, deſcripſerit. Sed Proverbia nonnulla cum quisquiliis non paucis ſero demum ſuſpicor in eum Codicem congeſta, e quo nobis *Heſychium* ediderunt. Auctor Lexici Homerici, potuit operi ſuo praefigere: ΕΚ ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΥ ΚΑΙ ΑΠΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ. ut modeſte ſignificaret, pleraque hauſiſſe ſe e commentariis *Apionis* & *Heliodori:* hi ſtudioſe diverſas adnotaverant lectiones *Ariſtophanis*, *Ariſtarchi*, ceterorumque, qui in *Homeri* Poëmatis ſe exercuerant integrandis. Iſtae lectiones non raro latent in opere Heſychiano, cuius parti tantum convenit iſta inſcriptio, Lexico quippe Homerico congruens. A Veteri Grammatico, qui primus Gloſſaria & Lexica in unum congeſſit, hunc operi non potuiſſe titulum praefigi, id habeo equidem ſatis certum.

Ne

Ne illud quidem absque certioribus documentis mihi persuadebo, de tribus istis unum aliquem Lexicon concinnasse Homericum ad literarum seriem digestum. Attamen Auctor Epistolae ad Eulogium videri voluit Lexica legisse *Aristarchi*, *Apionis* & *Heliodori*; quin de *Apione* sic scribit, ut omnino videretur is Auctor Lexici Homerici. Verum ante est explorandum, sitne testis integer & idoneus; quam testimonium firmum existimemus. Dum probabilis offert se oportunitas, de Epistola *Hesychio* praefixa quid sentiam, contra receptam persuasionem liberrime dixisse nihil nocebit: certe confido, Editorem Clarissimum, quem inter paucos facio sane maximi, meam in re non gravi libertatem minime inprobaturum, neque etiam, ubi aberravero, comiter in viam reducere non recusaturum. Saepenumero scilicet miratus sum, ultimi aevi Graeculum (talis mihi videbatur Epistolae Scriptor) tam diu potuisse Viros etiam Maximos ludificari, & eo perducere, ut Lexici, a Scriptore ad Eulogium locupletati, versare nos Epitomen arbitrarentur, in hunc modum demum contractam, posteaquam illa Epistola dudum scripto fuisset mandata. Ut verum forte sit, Parentem Epistolae ad Eulogium e vetusto Codice descripsisse Lexicon *Hesychii*, atque illud nullius pretii auctibus, alicunde corrasis, sed & erroribus ditasse millenis; tamen penitus incredibile videtur, illum, qui primus Glossaria & Lexica vetera in unam redegit hanc syllogen, antiquum sine dubio Grammaticum, inepte adeo fuisse loquuturum, atque ea praesertim, quae operis parti praestantiori minime omnium convenirent. Hunc placet *Hesychium* appellare, quia, cur usita-

ta-

tatum nomen repudiaremus, adeo quidem causa nulla est. *Hesychii* errores, quos primus in lucem protraxit Vir Magnus *R. Bentlejus*, pulcre novi; sed hi me non movent, ut idcirco deflectam a sententia. Errores, in dictionibus, aut minus vulgatis, aut ab usu hominum longe semotis commissi, potuerant ab eo esse profecti, qui patria tamen Lingua plane quae sentiret eloqui simpliciter valuisset. In Epistola ad Eulogium, sepositis, quae pannis suis immiscuerat, mera sermonis remanebit stribiligo. Hoc levius esset, si libro congrua fuisset Auctor Epistolae loquutus: sed praeterea ineptit, & splendide, paene dixeram mentitur. Id ne temere videar posuisse, quando commodum est, & lubet, cum Epistolae Scriptore paulo propius congrediar, quique nobis tam diu fucum fecit ludam aliquantisper. Primum significare voluit, veterum Grammaticorum non paucos separatis singulos libellis ad seriem literarum dispositas explicuisse dictiones *Homeri*, *Comicorum*, & *Tragicorum*; veterum vero neminem Homericas ceterorumque dictiones in unum volumen digessisse. Ista si simpliciter dixisset, nihil iure reprehenderemus. Sed suis verbis loquentem audiamus, quid Eulogio narraturus sit: Πολλοὶ μὲν inquit, *καὶ ἄλλοι τῶν παλαιῶν τὰς κατὰ ϛοιχεῖον συντεθείκασι λέξεις —— ἀλλ' οἱ μὲν, τὰς Ὁμηρικὰς μόνας, ὡς Ἀπίων καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Ἀρχιβίου. οἱ δὲ τὰς Κωμικὰς ἰδίᾳ καὶ τὰς Τραγικὰς, ὡς Θέων καὶ Δίδυμος καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι.* Periodum tam scienter & docte protractam ut impleres, nihil potuistine aliud invenire praeter ista, ne dicam dolo, satis absurda, *Ὁμοῦ δὲ πάσας τούτων οὐδὲ εἷς*; an ista ceteris subtexere necesse habebas? eum in finem, opi-

opinor, posueras priora, ut ille tuus Eulogius intelligeret, omnes istos Grammaticos diversorum dictiones diversis Lexicis singulos fuisse complexos? ne erraret, sollicitate curaveras, dicendo, τὰς Ὁμηρικὰς μόνας, & τὰς Κωμικὰς ἰδίᾳ· atque adeo iam noverat, nisi paulo fuerit obtusioris ingenii Eulogius, ὐδένα τούτων ὁμοῦ πάσας συντεθεικέναι. Sed qui tandem, obsecro, sunt illi ἕτεροι τοιοῦτοι; utrum forte diversi ab illis, qui in primo versu πολλοὶ ἄλλοι dicebantur? an scribere voluisti καὶ ἑτέρους τοιαύτας; Alium quempiam, minus doctum, verbis tuis vulnera crederem inflixisse, quae curari deberent, si non morbus esset insanabilis. Nunc ponam Quaestionem, eamque non difficilem: memorantur a te *Theon* & *Didymus*; uter eorum Lexicon Comicum, uter Tragicum conscripserat? Tragicum, inquies, *Didymus*. Εὖγε. *Theon* itaque, Comicum? Dic nobis, quaeso, quo tandem in angulo scriptum repereris, *Theonem* Lexici Comici fuisse Auctorem; nam te Lexicon illud non legisse hoc certo scimus. Verum multo mirabilius accidit, quod Eulogio voluisti persuadere, Homericum Lexicon conscripsisse *Apionem*, & quidem κατὰ στοιχεῖον· Hic te crederem hominem forte bonum, & minime suspiciosum, deceptum fuisse a quopiam, qui credulitati tuae voluerit illudere; nisi infra delicias faceres, veluti τῶν Ἀριστάρχου καὶ Ἀπίωνος καὶ Ἡλιοδώρου λέξεων εὐπορήσας· dic tandem, an non, ista dum scriberes, sciens paululum deflectebas a veritate? Forte iam ante id aliquoties feceras; verum praeter sodales neminem deceperas. In hac Epistola praeter Eulogium plurimos in fraudem seducenti res belle successit. Postquam ad indicium leve deprehende-

deram, non ſemper eſſe te veriloquum; ſingula coepi conſideratius expendere. Hac autem in parte magna voce iuranti nunquam tamen crederem, in tui ſolius manus incidiſſe *Ariſtarchi*, *Apionis*, & *Heliodori* Lexica, reliquis omnibus, quorum ſcripta ad nos perennarunt, inviſitata, & ne de nomine quidem nota. An itaque Heſychiano Lexico ſplendida iſta nomina praefixiſti, quae repereras Lexico *Apollonii* praeſcripta? nam illud non mentiebaris, quod in prima dicis Epiſtola, Lexicon Homericum ſcripſiſſe *Apollonium* τὸν τȣ̃ Ἀρχιβίȣ· verumtamen addubito, utrum libellum videris, an illud e *Suida* didiceris: huius certe notam opinor te legiſſe in v. Ἀπίων· traditur ibi diſcipulus iſtius *Apollonii* fuiſſe *Apion*, *Theonis* ſucceſſor, alumnus *Didymi*: ecce tibi *Apionem*, *Apollonium*, *Theonem*, *Didymum*, quorum nomina tam eleganter nobis uno in loco adnumerabas, uno in loco *Suidae* forte fortuna memoratos. Quae tandem iſta tam laudabilis inter vos animorum erat conſpiratio? Niſi plures plagas tibi vis intentari, dum fraus perpluit, tandem tamen fatere, hunc *Suidae* locum cogitationem tibi iniecisse, ubi memineras *Apionis* & *Apollonii*, *Theonem* & *Didymum* commemorandi; inprimis cum alicunde didiciſſes, *Didymum* celebrari veluti Lexici Tragici Auctorem. Lexicon autem Comicum ſcripſerat *Palamedes*. Hoc ex eodem *Suida* diſcere potuiſſes, aut ex Etymologico Magno, cuius *Auctor* ſic in Ἁρμάτειον μέλος poſuerat: ὥσπερ Παλαμήδης ἱστορεῖ ὁ τὴν Κωμικὴν λέξιν συναγαγών. ad eam rationem (nam nolo diutius cum ignobili tenebrione verba miſcere,) vulgata ſcriptura, ὥς φησὶ Παλαμήδης ἱστορικὸς, emendari poterit e Mſ. Leidenſi, cui

cui in verbo ἰςορεῖ concinit Etymologicum Mſ. D'Orvillianum; atque ita, quem hiſtoricum nominarunt Viri Doctiſſimi, *Palamedi* locus erit inter hiſtoricos denegandus. De *Theone* qui contra niti voluerit, adhibeat Eclogas *Phrynichi* in v. Σατράν. Digito tantum attigi, quae copioſius poterunt confutari, ſi quis Epiſtolae Scriptori defenſor inprovíſus ſuboriatur, quocum otioſus pluribus velim hac in re disputare. Nondum tamen a me impetro, ut hinc diſcedam. Primam Epiſtolae partem excipit altera de *Diogeniano:* hunc laudibus evehit, deinceps deprimendum, ut altero tanto videatur fuiſſe *Diogeniano* diligentior. Quae priores ſeparatim tractaverant diverſorum vocabula, *Diogenianum* dicit univerſa collegiſſe in unam ſyllogen, tanta cum cura videlicet, ut nullum omiſerit: συλλήβδην δὲ ὁμῦ (vel ὁ μὲν) ἐδεμίαν λέξιν, ὥςε ἡμᾶς εἰδέναι, παρέλιπε. neque tantum antiquorum ſed & recentiorum vocabula *Diogenianum* ſcribit in Lexicon ſuum recepiſſe; quinimo πάσας, inquit, τὰς σποράδην παρὰ πᾶσι κειμένας λέξεις συναγαγὼν, ὁμῦ πάσας καθ' ἕκαςον ςοιχεῖον συντέθεικε. Iſta tam incredilis diligentia videretur alicui nullius capax incrementi: verumtamen Noſter multis eam paraſangis ſuperavit: ipſe enim inſtructus Lexicis (quae nunquam exſtiterant) *Ariſtarchi*, *Apionis*, & *Heliodori*, praeterea luculento *Diogeniani* opere, univerſa quam emendatiſſime *ipſe propria manu ſcribens* (αὐτὸς inquit, ne dubitaremus, αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ γράφων ἐγὼ,) ad normam traditam ab *Herodiano*, nihil quidquam in illis praetermiſit; quin plurima etiam illorum obſervatis adiecit: λέξιν μὲν, ait, ἐδεμίαν παρέλιπον κειμένην ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ πλείςας οὐχ εὑρὼν προστέθεικα. Atqui ſu-

ſupra dixerat, *Diogenianum* ne unicum quidem praetermiſiſſe vocabulum; & hic tamen plurima ſeſe adieciſſe gloriatur: ex omnibus priorum ſcriptis ſive Lexicis, omnia in ſuum congeſſerat *Diogenianus*; attamen is non habuit Lexica *Ariſtarchi*, *Apionis*, & *Heliodori*; eadem enim in *Diogeniano* potuerat inveniſſe Noſter, neque habebat quidquam cauſae, cur adeo ob illum ſuum theſaurum laetaretur. Omnia rimarum plena perpluunt. Si Libri Heſychiani deſcriptor, ut ſolebant id genus homines libros commendare Lectoribus, modeſte dixiſſet in ſcribendo ſequutum ſeſe regulas ab *Herodiano* traditas, id forte credidiſſemus: ſed hoc falſum eſſe *Bentlejus* ex Epitome detexit *Theodoſii* Alexandrini. Lexicon *Diogeniani*, *Cyrillo*, *Photio*, *Etymologo*, aliisque citati, epitomen fuiſſe Lexici luculenti, cuius partes diverſas *Pamphilus* & *Zopyrion* confecerant, *Suidae* tradenti credimus: ex huius collectaneis licet aeſtimare, opus *Diogeniani* fuiſſe ab Heſychiano diverſiſſimum: complectebatur autem non Scriptorum quorumvis dictiones, uti narrat Auctor Epiſtolae, sed ποιητικὰς λέξεις, quod Auctoris idonei, *Photii*, nititur teſtimonio. Quae de *Diogeniani* Opere dici praeterea poterant, exponere commodum non eſt. Pleraque quae Scriptor ad Eulogium de eo tradit, ſuſpecta ſunt aut ridicula. Sed in tanta copia rerum, quae riſum non inutilem moveant, haec ferenda eſſent aliquo modo; illud non item; quod, poſtquam laudatiſſimi iſtius *Diogeniani* Operis defectus denarraſſet, ſeſe dicat illos omnes pro virili ſuppleviſſe: ἅτινα, ait, σύμπαντα καὶ τῆς παρ' ἡμῶν ἐπιμελείας δεηθέντα κατὰ δύναμιν τετύχηκε. Quos notat in *Dioge-*

geniano defectus, totidem paene verbis in Praefatione quapiam sive alterius, seu *Diogeniani*, nisi fallor, repererat memoratos. Defectus a Scriptore ad Eulogium notati cum in Hesychianis nostris reperirentur etiamnum, protinus homines alias Acutissimi & naris emunctae, hac ferme sola Epistola commoti, crediderunt passim, versare nos Epitomen tantum Hesychiani Operis, post scriptam Epistolam ad Eulogium a malis hominibus contracti. Si vera sunt, quae supra scripsi, & viri Perspicacissimi possunt a nebulonibus & falsariis decipi; de reliquis quid tandem erit cogitandum? Eruditissimi quivis passim indignantur, nomina Auctorum & Librorum, e quibus voces olim fuerant enotatae, toties in *Hesychio* desiderari, ab Epitomes Auctore praetermissa, sed a Scriptore ad Eulogium olim diligenter adnotata; huius enim iudicio defecerat ea etiam parte *Diogeniani* diligentia, neque debuerat is ponere τὰς ἐζητημένας τῶν λέξεων ἐκ ἐχύσας τά τε τῶν κεχρημένων ὀνόματα, καὶ τὰς τῶν βιβλίων ἐπιγραφὰς, ἔνθα Φέρονται. Crediderim, per τὰς ἐζητημένας τῶν λέξεων intellexisse vocabula rariora, quorum significatus solebat exquiri: λέξεων ζητεμένων in operis *Parthenii* titulo meminit *Athenaeus*, & *Euagoram* scripsisse tradit *Suidas*, περὶ τῶν παρὰ Θεκυδίδῃ ζητεμένων κατὰ λέξιν. Noster vero noverat credo inter ceteras legi dictiones longe plurimas Laconicas, Creticas, Tarentinas. Ubi tandem invenisset eorum scripta, e quibus a diversis fuerant Grammaticis enotatae? Iam olim perierant *Alcmanis*, *Hybriae*, *Scleriae*, *Rhinthonis*, similiumque carmina, e quorum dictionibus Γλῶσσαι Λακωνικαὶ, Κρητικαὶ, Ἰταλικαὶ, coaluerant. Scri-

ptor Epistolae ad Eulogium si forte fortuna dudum deperdita recuperasset, ne unicum eorum carmen potuisset intelligere. Ne in vetustis quidem *Hermonactis*, *Aristophanis*, *Diodori*, *Pamphili*, *Clitarchi*, ceterorumque Glossariis Auctorum Librorumque nomina credibile videtur ubique fuisse designata. Sed forte singulis dictionibus *Aeschyli*, *Sophoclis*, *Euripidis*, *Eupolidis*, *Cratini*, *Aristophanis*, singulorum nomina fuerant adposita; deinceps saepenumero praetermissa? Neque illud probabile: eorum enim nomina summa cum cura memorantur in dictionibus usus rarissimi. Quae tandem religio hominem, qui librum contraxerat, ab his nominibus iis in locis movendis deterruit? An in singulis vocibus, quas cum aliis haberent communes, etiam fuerant Auctores nominandi? Arbitros capiamus *Bentlejum*, & *Hemsterhusium*. Ubi Ἀτενὴς explicatur ab *Hesychio* συντείνασα, *Bentlejus*, *huius*, inquit, *significationis exempla quod haud temere reperiantur, propterea verbi sedes a Grammaticis indicata est.* Ad v. Ἄθραυςα, Noster ille omnibus ornamentis quae Magnum virum perficiunt clarus, *interpretationem*, inquit, *apposuit Hesychius talem, quae reconditum aliquid & non nimis usitatum in isto vocabulo patefaciat: quae etiam est causa cur pro more Grammaticorum auctoritate quadam firmari debuerit.* Atque ita semitam aperui, facile dilatandam. Omnibus autem expensis sic censeo; luculentam Glossariorum Lexicorumque veterum συναγωγὴν, quam sub *Hesychii* nomine legimus, non esse vasti operis epitomen, postquam Epistola ad Eulogium scripto fuerat mandata, concinnatam: saepenumero

ro quidem Auctorum & Populorum nomina male praetermissa; non pauca etiam, quae in libris vetustis plenius legerentur, fuisse contracta, sed ab illo, qui non peritissime hanc collectionem primus adornavit: Epistolam ad Eulogium a Graeculo recentiori praefixam, ut librum momenti nullius augmentis a se ditatum splendidis mendaciis commendaret; atque adeo existimo, *Hesychium*, sive vetus illud & ad adipiscendam eruditionem ingeniumque exercendum utilissimum instrumentum, ista ad Eulogium Epistola contaminari.

FINIS.

INDEX.

In Scholiis ad Homerum e Leidensi Codice vulgatis citantur

ERRATA.

Pag. 63. v. 12. *Corrige*: Codicibus. *pag.* 87. *v.* 7. Λέσβος. *pag.* 95. v. 8. Αἰόλον & αἰόλος. *pag.* 112. Ὀδύσσειαν. *pag.* 153. *v.* 21. *Heliodoro.*



